torica veluti adnatam partem quandam dialecticę eē ⁊ negocij: quod eſt circa mores. Nā ſicut geometria eſt de linea ſimpliciter: perſpectiua vero non eſt de linea abſolute ſumpta: ſ3 de linea viſuali. Et ſicut ariſmetrica ē de numero ſimpliciter. muſica vero non eſt de numero ſimplr: ſed prout eſt applicabilis ad ſonos: ſic dialectica eſt de rationibus: ſiue actibus rationis ſimpliciter. rhetorica vero eſt de eis: vt ſunt applicabiles ad moralia: ideo bene dcm̄ eſt: ꝙ adnatum eſt rhetoricę eſſe quandam dialecticā applicabilem ad negocium circa mores. et inde eſt ꝙ inſtrumenta rhetoricę ſunt exēplū ⁊ entbimema. Nā exemplū non eſt ratio ſimpliciter: nec concludit ex neceſſitate: cum ex ſolo particulari arguat: ſic ⁊ per entbimema: qꝛ arguit ex ycotibus ⁊ ſignis: ⁊ raro accipit prodigia: vl' ſigna neceſſaria: ſed plurimum accipit vt in pluribus: ideo eſt quidā defectiuus ſyllogiſmus. ſyllogiſmus vero ⁊ inductio ſunt quę magis ſunt ratiōes ſimpliciter. ⸿ Viſo quomodo ſe h3 rhetorica ad dialecticā3: ⁊ quomodo diuerſis inſtrumētis vtitur ab ipſa. duplici via inueſtigare poſſumus ipſam eſſe alteram ſcientiam a dialectica. ⸿ Prima via ē quodāmodo cōis: nam non poteſt eſſe vna ſcientia de aliquo ſimpliciter: ſed de aliquo contracto ad hoc: ita vt illud: ad quod contrabitur: nec oriatur a principijs eius: nec in ſua ratione includat ipſum. Nā de naſo ſm ſe: ⁊ vt eſt ſimus poteſt eſſe vna ſciētia: ⁊ qꝛ ſimitas oritur de principijs naſi: ⁊ vniuerſaliter de iſto in ſe: ⁊ vt eſt paſſionatus eſt vna ſcientia: ſi paſſio illa oriatur ex principijs eius: ſicut eſt de corpore mobili ad formam eſt vna ſcientia vt ſcientia naturalis. ⸿ Nā in corpore mobili ad formā3 clauditur ratio corporis mobilis ſimpliciter. nam cu3 ſcientia ſit vna qꝛ eſt vnius generis ſubiecti: vt vult phūs primo poſteriorum caplo de vnitate ⁊ diuerſitate ſcientiaru3. oportet ꝙ ſi ſcientia conſiderans de aliquo tali debet eſſe altera ab ea: quę conſiderat de eo ſimpliciter: per quod eſt tale: non oriatur ex principijs eius: cum habitum ſit vnam ſcientiā eſſe de paſſione ⁊ ſubiecto: nec in ſua ratione includat ipſum: nec habeat ſe vt pars eius: qꝛ conſideratio ſubiecti ⁊ ſuarum partium poteſt pertinere ad vnam ſcientiam: ⁊ iō quia viſuale nec oritur a principio lineę: nec includit i ſua ratione lineam de linea ſimpliciter: ⁊ de linea viſuali nō eſt ſciētia vna. ⸿ Sic etia3 qꝛ negocia politica non ſe hñt vt paſſio reſpectu actuu3 rationis: neq3 vt pars de actibus rationis ſimpliciter: ⁊ de eis vt ſunt applicabiles ad moralia non poteſt eſſe ſcientia vna: cum hęc ⁊ illa non conſiderant ea: de quibus determinant ſub vna rōne. ⸿ Na3 cū habitum ſit rhetoricam ſe habere ad dialecticam quodāmodo: ſicut perſpectiua ad geometriam: ⁊ muſica ad ariſmetricā: ſicut muſica ⁊ perſpectiua ſunt alię ſcientię a geometria ⁊ ariſmetrica: ſic rhetorica ē alia a dialectica: ex eo ꝙ non conſiderat rationes ſimpliciter vt dialectica: ſ3 cōſiderat eas vt ſūt applicabiles ad negocia ſingularia. Unde ſicut muſica eſt aliquo modo inter ariſmetricam ⁊ naturalem phiam: habet quendam ordinem ad vtrunq3: cū ſit de numero relato ad ſonos: ⁊ determinare de numero ſpectet ad ariſmetrica3: de ſono vero ad naturalem: tamē quia muſica in propoſitionibus ſuis tenet modum ariſmetricum: ⁊ incedit ſm propoſitiones illas: debet dici quędā ariſmetrica: nō quędam naturalis: ⁊ ſi admitteret conſuetudo: diceremus ꝙ ariſmetrica totalis: eo ꝙ ſit de numero ſimpliciter. ⸿ Muſica vero eſt quędam pars ariſmetricę: ſiue eſt quędam ariſmetrica particularis: eo ꝙ nō ſit de numero ſimpliciter: ſed de numero tali: ⁊ ō numero relato ad ſonos: ſic etiam rhetorica: eo ꝙ habet quenda3 ordinem ad dialecticam ⁊ politica3: ⁊ dialectica eſt ſimpliciter diſputatiua: ſiue ē dialectica totalis: eo ꝙ ſit ō actibus rationis ſimpliciter. Rhetorica vero eſt quędam dialectica: quia eſt de actibus rationis non quocunq3 modo ſumptis: ſed vt ſūt applicabiles ad facta ſingularia. ⸿ Aduertendum tamen: ꝙ licet rhetorica habeat quendam ordinem ad dialecticam: ſicut perſpectiua ad geometriam: ⁊ muſica ad ariſmetrica3: iſta tamen ſimilitudo non eſt per omnem modum: nam non proprie accipitur ſubalternatio inter rhetoricam ⁊ dialecticam: ſicut inter dictas ſcientias: qđ ſic oſtenditur: qꝛ ad hoc ꝙ ſcientia ſubalternatur ſcientię: requiritur ꝙ ſcientia ſubalternata addat aliquid ſuper ſcientiam ſubalternantem: eo ꝙ oportet ipſam eſſe magis ſenſibilē ⁊ magis ſubiectā. ⸿ Et vlterius illud additum non debet oriri a ſubiecto vel ſuis principijs: ita ꝙ ſe habeat vt paſſio eius. ⸿ Rurſum non o3 includere in ſe rationem ſubiecti: ſicut pars ſubiectiua includit totum vniuerſale: eo ꝙ tota ratio generis de neceſſitate continea tur in ſpecie: debet tamen in illo addito ſaluari ratio eius: de quo per ſe determinatur in ſuperiori ſcientia: vt apparet in perſpectiua: quę aliquid addit ſupra lineam ſimpliciter: de qua conſideratur in geometria. addit enim viſuale. Propter quod perſpectiua eſt magis ſenſibilis geometria: ⁊ huiuſmodi additum nec ſe habet vt paſſio lineę: ſaluatur tamen rō lineę in linea viſuali. ⸿ Sed ſi rhetoricā comparemus ad dialecticā: inuenimus ipſam magis ſenſibilem dialectica: eo ꝙ non ſit de ſyllogiſmo ſimpliciter. ſed de ſyllogiſmo quodammodo ſenſibili: vt de ſyllogiſmo applicabili ad negocium morale: ⁊ huiꝰ negociu3 qđ contrahit ſyllogiſmum rhetoricum: nec ſe habet vt paſſio ſyllogiſmi: neq3 vt ſpecies eius: ſiue pars ipſius: ſicut viſuale nec eſt paſſio lineę: neq3 pars: attamen in ſyllogiſmo tali nō reſeruatur ratio ſyllogiſmi ſimpliciter: ſicut in linea viſuali reſeruabitur ratio lineę: quia vt tactum fuit ſupra ſyllogiſmus rhetoricus: ſiue entbimema eſt quędam obliquitas ſyllogiſmi ſimpliciter. ⸿ Uñ ſicut tactū fuit: ſicut ſophiſta nō ſubalternatur dialecticę: eo ꝙ ſophiſma ſit obliquitas ſyllogiſmi: ſic rhetorica proprie ſubalternatur illi: quia in entbimemate nō proprie ſaluatur ratio ſyllogiſmi: attamen plus recedit a ſubalternatione dialectice ſophiſta q̄ rhetor ſm materiam pretactam: eo ꝙ ſophiſma plus obliquatur a ſyllogiſmo q̄ entbimema. Propter qđ ſciendum quandam viam cōmunem rhetoricę ⁊ multis alijs: ſm qua3 ſcientia magis ſenſibilis diſtinguitur a ſciētia altiori. Sequitur rhetoricam eſſe aliam ſcientiā a dialectica: eo ꝙ eſt de rationibus magis ſenſibilibus ⁊ applicabilibus ad ſingularia. Illa vō eſt magis ō actibus rationis ſimpliciter ſumptis: ⁊ applicabilibus ad vniuerſalia: ⸿ Nec ꝑpter h ꝙ rhetorica nō ſubalternatur dialecticę ſicut perſpectiua ſubalternatur geometrię: ſequitur rhetoricam non eſſe diuerſam ſcientiam a dialectica: q̄uis perſpectiua ſit alia a geometria: imo magis ſequit̄ oppoſitu3: qꝛ ſm hanc viam magis diuerſificatur dialectica a rhetorica q̄ perſpectiua a geometria: cum magis reſeruetur ratio lineę i linea viſuali q̄ ratio ſyllogiſmi in ſyllogiſmo rhetorico. ⸿ Secūda via ad oſtendendum hoc idem eſt propria ſcientijs rationalibus. Nam vt ſupra oſtēſu3 fuit ratio eſt male terminabilis termino ꝓprio: ⁊ bñ terminabilis alieno. Nā ratio ſm ꝙ hmōi videtur ſemper tendere in aliquid: de quo eſt ratio: propter quod nihil miru3 videtur: ſi ea: ad quę ratio applicatur: rationem diuerſificāt. Et quia rhetorica eſt de actibus rationis: vt ſunt applicabiles ad negocium morale: non ſm eandem rationem conſiderabit de actibus rationis rhetorica ⁊ dialectica: ⁊ erit alia ſcientia rhetorica a dialectica: cum per talem applicationem ad facta ſingularia diuerſificentur ſylli rhetorici a dialecticis: ꝑpter quod declaratū eſt qđ volebamus.

Viſo ꝙ rhetorica eſt quędam dialectica circa morale negocium: de leui oſtendit: qđ ſecundo dicebatur declarandum: vȝ: vtruȝ ſpectet ad rhetorem conſiderare ſpeciales ꝓpoſitiones circa negocium politicum: cum ꝓpria enthimemata eius videantur eſſe cõmunia. Naȝ ꝯſiderare de ſpecialibus propoſitionibus tripliciter põt contingere. ¶ Nã primo ⁊ principaliter ꝯſiderãt de talibus ſcientię reales: que ſunt de illis rebus: quę ſignãtur ꝑ terminos conſtituentes dictas propoſitiones: ⁊ ſic ſunt ꝓpoſitiones naturales: quę conſtituuntur ex terminis ſignãtibus naturalia: ⁊ morales: quę ex moralibus. ¶ Scđo de talibus cõſiderare pñt artes: quę non ſunt de rebus principaliter: ſed ſunt de actibus rationis vt ſunt applicabiles ad illas. ¶ Tertio de ſpãlibus ꝓpoſitionibus conſiderare poteſt ſcientia: quę non eſt de rebus: nec de actibus rõnis vt ſunt applicabiles ad illa: ſed de actibus rationis ſimpliciter: dũtamẽ per talia ſpecialia ipſi actus rõnis magis innoteſcunt. Ex quo apparet: ꝙ rhetorica etiã vt eſt docens poteſt conſiderare de ſpecialibus propoſitionibus: ⁊ maxime de moralibus: non ſolum ex eo ꝙ per talia magis innoteſcũt nobis ſyllogiſmi rhetorici: ſed qꝛ de ſe tales ſyllogiſmi ad talem materiam magis ſunt applicabiles: dialectica vero licet vt eſt vtens de ſpecialibus ꝓpoſitionibus cõſideret: eo ꝙ loci cõmunes ad ſpecialem materiã ſunt applicabiles: tñ qꝛ ipſa vt eſt ſcientia de actibus ratiõis ſimpliciter: de ſpecialibus propoſitionibus vt eſt docens nõ poteſt ſe intromittere: niſi prout cõmunia per talia ſpecialia fiunt nobis magis manifeſta: vnde ſic ſunt talia de cõſideratione dialecticę: qꝛ ſolum adducũtur vt ſentiat qui diſcit. ¶ Aduertendum tñ: ꝙ licet de ſpecialibus propoſitionibus moralibus intromittat ſe politicus ⁊ rhetor: non tamen hoc eſt eodem modo. Ideo quantum ad pſens dupliciter differt. Primo qꝛ vt tactum eſt politicus conſiderat de eis principaliter ⁊ primo: eo ꝙ de talibus ſit: ⁊ taliũ ſcientiam tradere intendat. Rhetorica vero nõ eſt de talibus: ſed đ enthimematibus ⁊ perſuaſiõibus principaliter intendit: ⁊ talium ſcientiam tradere vult: verum qꝛ enthimemata ⁊ ſyllogiſmi rhetorici non ſunt ſyllogiſmi ſimpliciter: ſed ſyllogiſmi ſenſibiles de ſe circumcernentes moralem materiam. Ideo ⁊ ſi non eſt negocium morale oĩno per accidens de conſideratione rhetoricę: non eſt tamẽ de conſideratione eius prima: ſicut ſunt enthimemata. Et inde eſt: qꝛ quod eſt primo ⁊ principaliter: ſemper ẽ magis eo: qđ non eſt primo. et plura poteſt conſiderare politicus de morali negocio q̃ꝫ poſſit rhetor. ¶ Scđa differentia ẽ: quia idem enthimema ex propoſitiõibus ſpecialibus conſtitutum: qđ facerent rhetor ⁊ politicus: reduceretur ĩ ſua principia a rhetore ⁊ politico aliter ⁊ aliter. nam rhetor reduceret ipm̃ in locos ⁊ in principia cõmunia: politicus vero in propria principia. vt ſi diceret. Pytachus fecit iuſtũ: ergo non fecit iniuſtum: diceret rhetor: ꝙ eſt locus a cõtrario: politicus vero ab hoc contrario vt a iuſto: ꝓpter quod clarius innoteſcit quõ enthimemata cõmunia ſunt ꝓpa rhetori. Nã ſi volumus accipere enthimemata: quę ſunt formata ex omnibus propoſitiõibus: ſic ſunt propria rhetori: non ꝙ rhetor non poſſit conſiderare de enthimematibus formatis ex ſpecialibus propoſitionibus: ſed qꝛ ipẽ ⁊ non artifices ſpeciales conſiderat de his: quę formantur ex cõmunibus. ¶ Sed aliter poſſumus accipẽ enthimemata propria ⁊ cõmunia: vt ſit idem enthimema ꝓprium ⁊ cõmune differens ſolum prout reducitur in principia ꝓpria ⁊ cõmunia: ⁊ ſic eſt omnino proprium rhetoricę ꝓut diſtinguitur a ſpecialibus artibus conſiderare enthimemata cõmunia: qꝛ ſolum conſiderat de enthimematibus cõmunibus ſic accipiendo cõmunia: ⁊ nulla ſpecialis ars de talibus conſiderat. Nam vt tactum eſt enthimemata ex ſpecialibus propoſitionibus formata conſiderantur a rhetore: hoc eſt ſolum vt ſunt cõia principia: qꝛ vt reducũtur in ſpãlia ſunt in conſideratione aliaꝝ artiũ: ⁊ iſte modus multum videtur accedere ad intentionem phi: qꝛ in pręcedenti capitulo diſtinxit enthimemata rhetorica ab alijs: eo ꝙ rhetorica reducuntur in locos. ſiue in ꝓpoſitiones cõmunes. enthimemata vero aliarum artium reducũtur in principia propria. ¶ Dicunt enim propoſitiones cõmunes loci: qꝛ locus eſt ſedes argumenti: ⁊ dat robur ei: cũ igitur ex hoc fortificetur ⁊ roboretur argumentum: clare apparet nobis: ꝙ rhetor concludat: cuȝ omnia ſint quaſi locus ianuę in domo: quã nullus ignorat. ſpecialia autẽ ſint quaſi quędam latibula non omnibus nota. Rurſum qꝛ principia debent eſſe minima in quantitate: ⁊ maxima in virtute: vt innuitur circa fineȝ ſecundi elenchoꝝ: ⁊ hęc habent propoſitiones cõmunes: qꝛ ſunt pauciores ſpecialibus: ⁊ virtuoſiores: qꝛ ad plura ſe extẽdunt potiſſime talia debent dici principia ⁊ loci: ⁊ hoc eſt quod ſuperius dicebatur: qꝛ in hoc enthimemate: albũ ẜm ꝙ hmõi diſgregat ⁊c̃. ergo non nigrum: aſſignaremus tanq̃ꝫ propriuȝ principium locum ab albo ſi liceret: qꝛ ſpecialia non ꝓprie habent rationem loci ab albo: quod eſt quid ſpeciale non dȝ nominari locus: ſed a cõtrario quod eſt quid commune. ¶ Nõ ergo irrõnabiliter ſupra phus volens exponere qđ intenderet per locos: dixit locos eſſe cõmunes: qꝛ vniuerſaliter ſe extendunt ad omnia: vel ad multa. Pȝ ergo rhetorem poſſe determinare de ſpecialibus propoſitionibus: non obſtante ꝙ eſt aliquo modo artifex cõmunis: ⁊ cõia enthimemata ſũt propria ſibi: qꝛ de ſpecialibus determinat prout reducuntur in locos ⁊ in principia cõia.

Tertio reſtat declarare: vtrum rationes rhetoricę poſſint applicari ad materiam naturaleȝ: ⁊ ad ſcientias ſpeculatiuas: ſiue ad vniuerſalia. ¶ Ad cuius euidentiam notandum: ꝙ tota cauſa quare dubitatio ẽ orta: ſumitur ex differentia aſſignata ſuperius inter dialecticam ⁊ rhetoricam. Dictum. n. fuit dialecticam ⁊ rhetoricã eſſe duos modos ſciendi applicabiles ad duo genera ſciẽtiarum. Nam rhetorica magis hȝ deſcendere in ſcientias morales ⁊ politicas. dialectica vero magis in naturales ⁊ ſpeculatiuas. Sed qꝛ iſta non eſt radicalis differentia inter prędictas artes: ideo vt appareat veritas queſiti recurrenduȝ eſt ad radicales differẽtias. ¶ Duplex. n. quaſi radicalis differentia inter rhetoricam ⁊ dialecticam eſt ſuperius tacta. Prima eſt ex eo: qđ generatur ex eis: nã ex rhetorica aggeneratur fides: quę terminat intellectum in ordine ad appetitũ. ex dialectica vero opinio: quę hȝ quietare intellectum ẜm ſe: ⁊ ideo dicebat rhetoricam a dialectica differre: quia vna vtitur rationibus quietantibus intellectum ſecundum ſe. alia vero non in ſe: ſed terminat intellecum vt habet ordinem ad voluntatem. ¶ Secunda differentia eſt ꝑ comparationem ad ea: de quibus ſunt quia dialectica eſt de rationibus ſimpliciter ⁊ ẜm ſe. rhetorica vero de eis: vt ſunt applicabiles ad negocium politicum: ⁊ ad facta ſingularia. hę aũt differentię ſibynuicẽ correſpondent. Nam cuȝ res ſint volitę ẜm eſſe: quod habent in ſe: quod eſt eſſe particulare ⁊ ſignatum: ſequitur ꝙ ſi per rationes rhetoricas aggeneratur fides: quę terminat intellectum in ordine ad appetituȝ: quod propria materia talium rationum ſunt facta ſingularia. Sic etiaȝ gã res intelliguntur ſecunduȝ eſſe: ꝙ habent in anima: quod eſt eſſe vniuerſale: eo ꝙ intellectus facit vniuerſalitatem in rebus: ſi rationes rhetoricę ⁊ dialecticę aggenerant

opinionem

opinionem:quę terminat intellectum ſm ſe:conueniens
eſt dictas rationes magis eſſe applicabiles ad vniuerſalia
⁊ ad ſpeculatiuas ſcientias. ¶ Ex his aũt differentijs oꝛi/
tur quędã dr̃ia neceſſaria ad noſtrum pꝛopoſitum:videlʒ
ꝙ per rõnes dialecticas magis pꝛobatur aliquid eẽ verũ:
ꝑ rhetoꝛicas vero magis eſſe bonum. Nam cũ veꝝ ⁊ fal/
ſum ſint in aĩa:⁊ obiectum intellectus foꝛmaliter loquen
do non ſit bonum:ſed verum:qđ terminat intellectum ſʒ
ſe:opʒ ꝙ pꝛobet aliquid eſſe verũ. vnde bene dictum eſt:
ꝙ veꝝ ſub rõne:qua ꝓbabile:intenditur a logico. Naʒ hꝫ
eſt habere opinionem alicuius:qꝛ aſſentimus ei tanq̃ʒ ve
ro ꝓbabili:ſed cum bonum ⁊ maluʒ ſint in rebus: ⁊ bonũ
ſit obiectum appetitus:qđ terminat intellectum vt hʒ oꝛ/
dinem ad voluntateʒ:dʒ oſtendere aliquid qꝛ bonum.iđ
finis rhetoꝛice non videtur eſſe veꝝ qꝛ pꝛobabile:ſed ma
gis bonum vt perſuaſibile. Nam ex hoc habemus fidem
quam finaliter intendit aggenerare rhetoꝛ inq̃ʒtum aſſen
timus alicui:quod perſuaſum eſt nobis id eſſe bonuʒ. bo/
num autem a ph̃is tripliciter conſueuit diſtingui: vʒ: ho/
neſtum:vtile:⁊ delectabile:vt poteſt haberi ex ph̃o ex pꝛi
mo ethi. ⁊ ex ſcđo ⁊ 8° ⁊ multis alijs locis. Et ſʒ triplex bo
num acceptum eſt triplex negocium.politicum:qꝛ ſm cõ
ferens vel ſm vtile accipitur:deliberatiuuʒ:vbi ſm ꝙ hꝫ
non curatur de iuſto vel iniuſto:nec de honeſto ⁊ turpi.ſʒ
ſolum vbi pꝛincipaliter intenditur quid conferẽs:⁊ ꝗd no
ciuum. Scđʒ bonum honeſtum ſumitur exclamatiuum:
vbi pꝛincipaliter intenditur laus ⁊ vituperium ſm verita
tem ⁊ maliciam:quas concomitantur honeſtas ⁊ inhone/
ſtas. Cuʒ enim honeſtum ſit idem qđ honoꝛis ſtatus:⁊ ho
noꝛ ſit exhibitio reuerentię in teſtimonium virtutis:virtu
tem concomitatur honeſtas: ⁊ per locum ab oppoſitis vi
tium inhoneſtas:imo ſit quid pulchꝛum ⁊ inhoneſtuʒ: ꝗd
turpe:exclamatiuum negocium:in quo intenditur ꝗd pul
chꝛum:⁊ quid turpe potiſſime ſm bonum honeſtuʒ ſumi/
tur:iudiciale vero ſm delectabile bonuʒ accipitur. Nã cũ
in tali negocio intendatur:ne cuilibet fiat iniuria: quę ha/
bet impedire delectationem:⁊ eſt inductiua triſtitię:vide
tur tale negocium reſpicere delectabile bonum: vñ ⁊ ph̃s
in 2° ethi.pꝛobat virtutem eſſe contra delectationem: qꝛ
pęnę inflictę a legiſlatoꝛe: qui intendit ciues inducere ad
virtutem ſunt medicinę quędam:⁊ qꝛ medicinę per ꝯtra/
ria fiunt:opʒ ſi hmõi medicinę habent rõnem pęnę:ꝙ cir/
ca delectabilia fiat virtus. ¶ Cuʒ igitur finis rhetoricę ſit
triplex:vʒ.oſtendere aliquid iuſtum vel iniuſtum q̃ʒtum
ad iudiciale:aut turpe vel pulchꝛum q̃ʒtum ad exclamati
uum:aut conferens vel nociuum q̃ʒtum ad deliberatiuũ:
qꝛ hmõi triplex finis non ſumitur ſm diuiſionem veri: ſʒ
ſm diuiſionẽ boni:magis eſt finis rhetoꝛicę oſtendere ali
quid eſſe bonum vel non bonum q̃ʒ eſſe verum vel nõ ve
rum. Naʒ ſi pꝛobat aliquid eſſe veꝝ:hoc coaſſumit vt oñ
dat aliquid eſſe bonum verum:qꝛ bonum dicitur ęquali/
ter enti:vt ſcribitur pꝛimo ethi.cum veꝝ ęqualiter enti di
catur.concludi poteſt:ꝙ nec rhetoꝛica ſimpľr eſt generis
determĩati:q̃ intẽdit oſtẽdere ꝑſuaſiue ꝗd bonũ: ſicut nec
dialectica:quę nititur concludere ꝓbabiliter quid veruʒ.
Sʒ tñ ſm viam hanc:qꝛ talem ibi terminationeʒ accipit
rhetoꝛica ex bono:⁊ dialectica ex vero:qꝛ ĩ negocio moꝛa/
li potiſſime intenditur vt boni ſimus:qꝛ finis illius ſciẽtię
non eſt ſcire:ſed agere: ratiões rhetoꝛicę maxime ſunt ac
ceptabiles ad moꝛale negocium:⁊ ad actiones noſtras:ſi/
ue ad facta ſingularia:dialectici vero ſyllogiſmi magis de
ſcendunt in ſpeculatiuas ſcientias:cum finis ſcientię ſpe/
culatiuę ſit veritas:vt diciť in ſecundo metaphiſi. His vi/
ſis de leui apparere poteſt veritas quęſiti. Nã ad ſcientiaſ
naturales:⁊ ad artes ſpeculatiuas:in quibus finaliter intẽ
ditur veritas:non poſſunt adaptari rõnes rhetoꝛicę tanq̃ʒ
ad pꝛopꝛiam materiam. ¶ Sed ſi quereretur vtrum ad
ea tanq̃ʒ ad materiam extraneaʒ adaptari poſſint:diſtin
gueremus de ſcientijs ſpeculatiuis:qꝛ aliquę ſunt:in qui/
bus poſſunt fieri rationes ex fine melioꝛi ⁊ peioꝛi: ſicut in
ſcientia naturali: cum oſtendimus pꝛincipia eſſe pauca
non multa:qꝛ melius eſt ea ponere finita q̃ʒ infinita. Ali/
quę vero ſunt:in quibus tales rationes locum non habent
vt in geometria:vbi non poſſumus dicere:ꝙ anguli trian
guli valeant duos rectos ⁊ non plures:qꝛ vnum ſit bonũ:
aliud ſit malum:imo ph̃s in 3° metaphiſi.dicit: in mathe
maticis non eſſe finem:nec bonum: qꝛ ibi a cauſa finali ⁊
per melius ⁊ peius non ſunt argumenta. ¶ Quotiens ḡ ſi
unt rationes aliquę non omnino de neceſſitate concludẽ/
tes:ſed per ycota ⁊ ſigna oſtendentes pꝛopoſituʒ:⁊ fiant ꝑ
illud:quod eſt eſſe melius:non per id:quod eſt eſſe verius
poſſunt dici rhetoꝛicę:quę ſi fiant in ſcientia ſpeculatiua:
dicuntur fieri in materia extranea: tum quia ibi intendiť
vt finis veritas:non bonitas:tum etiam qꝛ per tale bonuʒ
vel malum non pꝛopꝛie inſurgunt paſſiões in affectu:rhe/
toꝛicę tamen aliqualiter dici poſſunt:inquantum per eas
bonum non demonſtratiue cõcluditur. Et ideo ⁊ ſi aliquo
modo in naturalibus fiant tales perſuaſiões: omnino ta/
men obliquum eſt geometram perſuadere: apparet ꝙ ad
aliquas ſcientias ſpeculatiuas adaptari poſſunt rationes
rhetoꝛicę. Attamen cum hoc ſit vtimur rhetoꝛicis rationi
bus quaſi in materia extranea.

Poſt hoc autem diuidendum ſin/
gularitatẽ de vnoquoqʒ hoꝛũ:pu
ta de quibus deliberatio: ⁊ de qui
bus exclamatiue oꝛationes. tertio
aũt de quibus diſceptatiões. Pꝛi
mo ꝗdẽ accipienduʒ circa q̃lia bo
na:aut qualia mala deliberans conſulit: quo/
niam non circa omnia: ſed quecunqʒ cõtingit
fieri: ⁊ non. Quecũqʒ auteʒ ex neceſſitate aut
ſunt:aut erũt:vel impoſſibile eſſe: aut fieri: de
his non eſt conſilium.

¶ Poſtq̃ʒ diſtinxit philoſophus tres ſpecies rhetoꝛicę: hic
dat artem ⁊ ſcientiam quomodo ſumantur elementa:⁊ fi
unt enthimemata circa vnamquanqʒ rem. Et duo facit:
quia pꝛimo pręmittit intentionem ſuam. Secundo exeq/
tur de intento. Secunda ibi.(Pꝛimo quidem igitur). Di
cit ergo poſt hoc.i.poſtquam diſtinximus ſpecies rhetoꝛi/
cę:⁊ dedimus differentias inter eas:⁊ aſſignauimus fines
vnicuiqʒ ⁊ annexa finibus:diuidendum eſt ſingularitateʒ
de vnoquoqʒ hoꝛum.i.diſtinguenda ⁊ dicenda ſunt pꝛo/
pꝛia ⁊ ſpecialia vniuſcuiuſqʒ. Nam vbi nos habemus ſin
gularitateʒ alia littera habet pꝛopꝛia. Et pꝛimo dicemus
de quibus eſt deliberatio. Secundo de quibus ſunt excla
matiue oꝛationes: Tertio etiam de quibus ſunt diſcepta/
tiones ⁊ iudicia. ¶ Deinde cuʒ dicit. (Pꝛimo quidẽ) exe
quitur ⁊ tria facit:quia pꝛimo exequitur de pꝛimo:vt đ de
liberatiuo negocio. Secundo de ſecundo: vt de exclama/
tiuo. Tertio de tertio: vt de diſceptatiuo. Secunda pars
ibi.(Poſt hec autem dicamus). Tertia ibi.(De accuſa/
tione autem ⁊ defenſione). ¶ Pꝛopter pꝛimum notãdũ
ꝙ in deliberatiuo negocio duo ſunt conſideranda: finis:⁊
ea quę ſunt ad finem. hęc tamen duo non eodem modo
comparantur ad deliberationem ⁊ conſilium. Nam ea
q̃ ſunt ad finẽ ſunt illa:de ꝗbus ꝯſiliamur:qꝛ de fine nõ ẽ
ꝯſiliũ:neqʒ electio:nõ tñ ꝑꝑ hoc nihil oꝑatur finis ad ꝯſi

liũ:cum in conſiliabilibus ⁊ agibilibus a nobis ſe habeat
finis quaſi primum. Sic.n.imaginari debemus: ꝙ oẽ con
ſilium eſt queſtio:lʒ non omnis queſtio ſit cõſiliũ:vt vult
phs in topicis ſuis. Vñ ſicut in qõnibus ſpeculabilibꝰ qõ
nes non ſunt de principys:eo ꝙ queſtio ſit dubitabilis ꝓ
poſitio:pncipia aũt quilibet probat audita. Sunt tñ neceſ
ſaria principia querentibus: vel inquirentibus veritatem:
eo ꝙ per illa elucidantur dubitabilia:propter quod volen
tibus tradere elementa de ſpeculabilibus: ⁊ oſtẽdere qũo
fiant tales ſylli de principys: ⁊ de his:que ſequuntur ex ip
ſis:dʒ facere intentionem: vt ſupponentes principia alia i
ueſtigemus: ⁊ ꝯcludamus ſic:qꝛ phus volebat tradere ele
menta de conſiliabilibus:oportebat ipm dare quandã no
titiã de fine: ⁊ de his:quę ſunt ad finem: vt ſupponentes fi
nem ſciamus inueſtigare conferentia: ⁊ ea quę ſunt ad fi
nem: ⁊ habeamus viam ad cognoſcendum elementa de
conferẽte ⁊ bono: ⁊ ẽt de his:quę ſunt eis annexa. Jõ duo
facit:qꝛ primo diſtinguit ipſa conſiliabilia: vel ea quę ſũt
ad finem: ⁊ dat notitiam de ipſo fine. Scõo docet ſumere
elementa de fine: ⁊ eis quę ſunt ad finez: ⁊ de eis annexis.
Scõa ibi.(Om̃.n.vt proponitur). ℂ Circa primum duo
facit. Nã primo oſtendit ea:quę ſunt conſiliabilia ⁊ diſtin
guit ea. Scõo poſtq̃ʒ dedit cognitionem de ꝯſiliabilibus:
ſiue de his:quę ſunt ad finez:dat nobis de ipſo fine cogni
tionem. Scõa ibi.(Ex quibus aũt opʒ). ℂ Circa primuʒ
duo facit:qꝛ primo diffinit ꝯſiliabilia. Secũdo diuidit ea.
Scõa ibi.(Fere .n. de quibus). Jtẽ prima pars diuidit
in duas:qꝛ primo inueſtigat diffinitionem datam. Secũ
do oſtendit:ꝙ exquiſite determinare de talibus non ſpe
ctat ad rhetorem ibi.(Per ſingulas quidem). Eſt autem
diffinitio conſiliabilis. Conſiliabile eſt contingens: quod
eſt aptum natuʒ reduci in nos:cuius cognitiõis principiũ
in nobis eſt:ita ꝙ in iſta diffinitione contingẽs ſe habet vt
genus ad conſiliabile:alia autẽ ſe hñt vt differentię. Tria
ergo facit:qꝛ primo inueſtigat genus conſiliabilis. Secun
do inquirit differentiam eius. Tertio concludit diffinitio
nem eius. Secunda ibi.(Neqʒ etiam de contingentibꝰ).
Tertia ibi.(Sed palam qꝛ). ℂ Dicit ḡ primo:ꝙ accipiẽ
dum eſt qualia bona proſequendum:aut circa qualia ma
la fugienda deliberatis conſulit circa omnia: ſed quęcũqʒ
ſunt conſiliabilia: ꝙ ꝯuenit ea fieri ⁊ nõ fieri:quęcũqʒ au
tẽ ex neceſſitate aut ſunt:aut erunt: vel impoſſibile eſt ea
eſſe:aut fieri:de his non eſt conſilium:ſed contingntia: ex
quo habemus genus ꝯſiliabilis:qd̃ ẽ ꝯtingẽs. ℂ Deiñ.⁊c̃.

ℂ Neqʒ etiam de ꝯtingentibus omnibus: ſunt
etenim ⁊ a natura quedã: ⁊ a fortuna ſunt bo
na contingentium ⁊ fieri: ⁊ non de qbus ꝑ ope
conſiliari. Sed palam qꝛ de quibuſcunqʒ ẽ cõ
ſiliari:talia ſunt quecunqʒ nata ſunt reduci in
nos: ⁊ quorum principium generationis in no
bis eſt: vſqʒ ad hoc.n. aſpicimus: donec inue
niamus: ſi nobis poſſibilia agere.

ℂ Jnueſtigat differentias eius dicens:ꝙ non de omnibus
contingentibus eſt conſilium:qꝛ quędam bona de nume
ro contingentium fieri ⁊ non fieri ſunt a natura:vt qꝛ con
uenit hominem caneſcere ⁊ nõ caneſcere: ⁊ apponere bar
bam ⁊ nõ apponere:quęuis tales ſunt a natura:quędaʒ au
tem ſunt a fortuna:qꝛ contingit aliquem inuenire theſau
rum ⁊ non inuenire: ⁊ obuiare debitori in foro ⁊ nõ obuia
re:de talibus autem nihil eſt prę opere cõſiliari. ℂ Ad in
telligentiam dicti aduertendum phm in his verbis inue
ſtigare duas differentias conſiliabilis. Prima eſt ꝙ ꝯſilia
bile dʒ reduci in nos per ſe loquendo: ⁊ iſta differentia ha
betur ex eo ꝙ conſiliabilia non debẽt eſſe a fortuna:qꝛ for
tuitorum ſm ꝙ huiuſmodi non ſumus cauſa niſi per acci
dens. Secunda differentia eſt:ꝙ hmõi contingens redu
ctum in nos ſicut in cauſam per ſe dʒ eſſe tale:ꝙ in noſtra
poteſtate ſit facere vel non facere illud: ⁊ ideo cum in nos
ſicut in cauſam per ſe reducantur ea:quę ſunt a natura no
ſtra: ⁊ ea quę ſunt a voluntate. Sʒ qꝛ non eſt in poteſtate
noſtra facere vel non facere procedentia a nobis naturali
ter:ſed bene quę procedunt voluntarie:ex eo ꝙ conſiliabi
lia non debent eſſe a natura habetur ſecunda differentia
conſiliabilis: vʒ:ꝙ in nobis ſit facere vel non facere illud
igitur inueſtigato genere ⁊ differentys conſiliabilis con
cludit diffinitionem eius cum ait.(Opʒ palam qꝛ).dicẽs
palam eſſe:ꝙ de quibuſcunqʒ conuenit cõſiliari:talia ſũt:
quęcũqʒ nata ſunt reduci in nos q̃ʒtum ad illam differen
tiam:ꝙ non debent eſſe a fortuna:quorum principiuʒ ge
nerationis in nobis eſt: ⁊ quantuʒ ad aliam dr̃iaʒ:ꝙ con
ſiliabilia non debent eſſe a natura: ſed a voluntate:ita ꝙ
in noſtra poteſtate ſit facere vel non facere illa. Nam cũ
conſiliari debemus vſqʒ ad hoc conſpicimus: donec inue
niamus ea:quę ſunt poſſibilia nobis agere. Nam q̃ʒtum
cunqʒ aliquis finis poſſit multis modis adipiſci:ſemꝑ ta
men per conſilium conamur conſequi intentum mõ poſ
ſibili nobis. ℂ Aduertendum autẽ phm in concludendo
diffinitionem conſiliabilis tacuiſſe genus: ⁊ poſuiſſe ſoluʒ
differentias:qd̃ forte ideo fecit:qꝛ in ipſis differentys con
ſiliabilis includitur contingens qd̃ eſt genus eius. Eſt er
go conſiliabile contingens nec a fortuna: nec a natura:qd̃
idem eſt qd̃ contingens reductum in nos:cuius generatio
nis principium in nobis eſt. ℂ Deinde cũ dicit.

ℂ Per ſingula quidem igitur diligenter dinu
merare ⁊ diſtinguere in ſpecies: de quibus cõ
ſueuerunt negociari. Adhuc autem q̃ʒtum cõ
tingit de ipſis determinare ſm veritatem: non
opʒ ſm preſens tempus inquirere: propterea
ꝙ non eſt artis rhetorice: ſed illuſtrioris ⁊ ma
gis vere: ⁊ qꝛ multo plura attributa ſunt ipſi:
⁊ nunc q̃ʒ ſunt propria theoremata.

ℂ Oſtendit non pertinere ad rhetorem determinare exq
ſite: ⁊ per ſingula de conſiliabilibus. Et tria facit. qꝛ primo
facit quod dictum eſt. Secundo dat cauſam dicti. Tertio
concludit:ꝙ ſi exquiſite de ꝯſiliabilibus determinamus
tranſgredimur artem rhetoricam. Secunda ibi.(Quod
enim ⁊ prius). Tertia ibi.(Quanto aũt vtiqʒ). Dicit ḡ ꝓ
mo:ꝙ per ſingula ⁊ diligenter demonſtrare conſiliabilia:
⁊ diſtinguere in ſpecies: ſiue de quibus conſueuerũt nego
ciari conſiliantes. Adhuc aũt tantum determinare de ip
ſis conſiliabilibus q̃ʒtum contingit:ſiue q̃ʒtum eſt poſſibi
le ſm rei veritatem:non opʒ inquirere ſm pñs tempus.i.
non ſpectat ad rhetoricum talia facere: non eſt enim hoc
artis rhetoricę:ſed eſt artis illuſtrioris ⁊ magis verę.i.hoc
eſt artis politicę: ⁊ bene dico:ꝙ talia determinare non ſpe
ctat ad rhetorẽ:qꝛ ſi talia nũc ei attribuantur:multo plu
ra ſunt ipſi rhetoricę attributa numero.i.ſic dicẽdo q̃ʒ ſint
propria theorica ipſius. ℂ Ad intelligentiam dictoruʒ ad
uertendum eſt:ꝙ (vt ſupra habitum eſt) politica ⁊ mora
le negocium eſt de conſiliabilibus ⁊ operabilibus a nobis
principaliter. rhetorica vero eſt de illis quodãmodo ex cõ
ſequenti inq̃ʒtũ enthimemata:a qbꝰ ꝑncipalr̃ ẽ rhetorica
ad illa ſunt applicabilia. Et qꝛ qd̃ eſt ꝑncipalr̃ ⁊ ꝑmo: ſem
ꝑ eſt magis: eo ꝙ eſt ex ꝯñti exqſite determinare de cõſi
liabilibus trãſcendit rhetoricã: ⁊ cõſiliationes rhetoricas:
ſed eſt proprium politicę. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Qd̃.n.

**¶ Quod enim dicentes et prius extitimus: verū eſt: quod rhetorica componit̄ quidē ex dialectica ſcientia: et ex ea: que circa mores politica. Simile autē eſt quantū ad hoc quidē dialectice: quantū ad alia autē ſophiſticis ſermonibus.**

¶ Aſſignat rationē dicti. nam ſi aliqua cauſa eſt ꝑpter quā ad rhetoricā pertineat determinare exquiſite de cōſiliabilib⁹: hoc eſt q̄tū induit figurā politice: et negociū politicū aliq̄ mō ptinet ad rhetoricam: quia rhetorica vr̄ eē cōpoſita ex dialectica et politica. nulla ḡ ratio poſſibilis poſſet melior inueniri ad oſtendendū nō pertinere ad rhetoricā tractare q̄ exquiſite cōſiliabilia oſtēdere: quod non pertinet ad eā inueſtigare exquiſite talia etiā ꝑut ꝯuenit cū politica: que exquiſite conſiliabilia videt̄ perquirere. Ideo ait verū eſſe quod prius dicebat̄. vz quod rhetorica componit̄ ex dialectica ſciētia: et ea que eſt circa mores. id eſt politica: et quantū ad hoc: quod ſimilis eſt dialectice. id eſt inquantū eſt diſputatiua: et per quedā cōmunia intendit: aſſimilat̄ dialectice: quantū vero ad alia. id eſt vult ſe itromittere exquiſite determinare de conſiliabilibus aſſimilat̄ ſophiſticis ſermonibus. Nam ſicut dialecticus declinaret in via ſophiſtica: ſi vellet per cōia: de quibus ſpectat ad ipſū determinare oſtēdere quadraturā circuli: quod ſi eſt poſſibile: eſt ꝓprium geometre. Sic ſermo rhetoricus vertit in ſophiſticā: ſi per ea: que pertinent ad ipſum determinare: vult exquiſite inquirere cōſiliabilia: quod eſt proprium politice. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Quantū autē vtiq₃ quis vel dialecticā: vel hanc: non queadmodū vtiq₃ vt potentias: ſed vt ſciētias tentauerit conſtituere. Latebit nā q₃ ipſam exterminās: eo quod transgrediat̄ inſup inſtituendo ad ſciētias quarūdā rerū ſubiectarum: et non ſolū orationū. Aut tamē quecū q₃ preopere qdē eſt diuidere: relinquēt aūt ꝯſiderationē adhuc politice ſcie: dicamus et nunc.**

¶ Concludit quod ſi exquiſite talia determinamus tranſgredimur ſermonē rhetoricū dicens: quod quando vtiq₃ qs dialecticam: vel hanc. id eſt rhetoricam tentauerit cōſtituere non ſicut potentias. id eſt non ſicut artes: que ſunt quedā potentie rationatiue: et de ſermonibus: ſed vt ſcientias: ac ſi eſſet de rebus: tunc ille talis exterminans ipſā. i. deſtruens rhetoricā: eo quod trāſgrediat̄ ꝓpas cōſiderationes eius īſtituendo inſup. i. ſup modū rhetoricū ꝯſideratiōes pertinentes ad ſciētias quarūdā rerū ſubiectarū: et nō ſolū orationū: ſi exquiſite determinet de rebus: vel de aliquo gn̄e determinat: nō de cōſiliabilibus: deſtruit̄ cōſideratio ſermocinalis artis: et efficit̄ ꝯſideratio ſcie realis: q̄ h₃ p ſubiectum res aliquas dterminatas. Verū quia ſpectat ad rhetorē aliqua de ꝯſiliabilibus dicere: que eo modo: vt ipē cōſiderat nō ſpectāt ad politicū. iō ſubdit. Attn̄ dicam⁹ et nūc de ꝯſiliabilib⁹: q̄cūq₃ ꝓpe eſt diuidere. i. q̄cūq₃ ſpectāt ad rhetorē: vl' meli⁹: quia rhetor nō pt̄ dr̄e qcqd de ꝯſiliabilib⁹ dici pōt: quia exq̄ſite dterminare de eis ſpectat ad politicū. iō ait dicam⁹ et nūc de ꝯſiliabilib⁹ qcqd eſt ꝓpe diuidere: quia talia dicta adhuc relinquūt cōſiderationē politice ſcie. nā₃ cū non dicat̄ per rhetorē: quicqd pōt de eis: relinquat̄ politice aliqua dicenda de conſiliabilibus.

Propter dicta ꝯſurgit duplr̄ breuis dubitatio. Prio. Quia videt̄ phs velle non ſpectare ad rhetorem cōſiderare ſpecialiter de cōſiliabilibus: quod cum ſupra habitū ſit quod ſpectat ad rhetorem cōſiderare ſpeciales propoſitiones circa negociū politicū. Scdo. Quia vult ſermonē rhetoricum eſſe ſophiſticū: ſi exquiſite de cōſiliabilib⁹ determinat: cum non ſit ſermo muſicus ſophiſticus: ſi exq̄ſite determinat de ſono. Et ſic ſi videat̄ hr̄e ſonus ad muſicā: ſicut conſiliabile et morale negociū ad rhetoricā. Na₃ ſic eſt muſica de numero non ſimplr̄: ſed relato ad ſonū: ſic rhetorica eſt de actibus rōnis non ſimplr̄: ſed vt ſunt applicabiles ad morale negociū. ¶ Propter primū notādū quod lic₃ rhetor conſideret de propoſitionibus ſpecialib⁹: nō tamen vt ſpāles ſunt. ſed prout reducunt̄ in pncipia communia. ¶ Vel dicendū: quod conſiderare de ſpecialibus h₃ gradus: nā cū nō ſpectat ad rhetorē ita exquiſite et ſpecialiter perquirere cōſiliabilia: vt politicus: qui de eis eſt pncipaliter: lic₃ aliquo mō aliqua ſpecialia de ꝯſiliabilibus tractet: in cōparatione tamē ad politicū quedā cōmunia et ſuperficialia videtur tradere. ¶ Propter ſcdm ſciēdu₃ quod non ſpectat ad muſicum determinare de ſono: quicqd de eo determinari poteſt. imo aliqua ſpectant ad nālem determinare: de quibus muſicus non ſe hab₃ intromittere. Verū quia muſica nō eſt ſciētia cōis: vt per applicationē muſicaliū conſiderationū de ſono ad cōſideratōes nāles cōmitatur ſophyſticatio: ideo non erat ſimile qd̄ pro ſimili inducebatur: ſed rhetorica: quia eſt ſcientia cōmunis aliq̄ modo ſicut dialectica: vt pretactū fuit cū rhetorice determinare volumus politica: que non ſpectant ad rhetoricā cōmittitur ſophiſticatio: ſicut ſi dialectice vellemus ꝓbare geometricalia. de quibus ipſa tractare non habet.

**Ere enī₃ de quibus conſiliantur oēs: et circa que ꝓnūciant deliberantes quinq₃ numero exiſtūt entia. Hec autē ſunt de prouentib⁹: et de bello: et pace. Adhuc autē et de cuſtodia regionis: et de his que inferuntur: et deducuntur: et de legis latione.**

¶ Superius phs diffiniuit ꝯſiliabilia: hic in parte iſta diuidit ipſa. Et duo facit: quia primo premittit diuiſionē conſiliabiliū. Scdo exequitur de mēbris diuiſionis. Secūda ibi. ¶ Quare de ꝓuentibus. Dicit ergo quod ea: de qbus cōſiliamur: et circa que deliberātes maxime ꝓficiant fere exiſtunt entia numero quinq₃. Na₃ hec cōſiliabilia ſunt de prouentibus: et de bello et de pace: adhuc autē de cuſtodia ciuitatis: et de his que inferunt̄ vel inducuntur in ciuitatē et de his: que educunt̄: vel extrahuntur de ipſa: et de legis latione: hec autē quinq₃ cōſiliabilia ſic accipiunt̄: quia cōſilium nō eſt niſi de bono. Na₃ ſi de malo habet̄ conſiliū hoc non eſt niſi inquantū fugiendum: malu₃ autē fugere aliquo modo hab₃ rationem boni: oportet ergo cōſiliabilia diſtingui ſm diſtinctionē bonorū. Bona āt diuidunt̄: quia quedā ſunt itrinſeca: quedam extrinſeca: et ſm extrinſeca bona accipiuntur tria genera cōſiliabilium: ſm itrinſeca duo: ita quod de vniuerſo potiſſime de quinq₃ conſiliamur. Sūt autē extrinſeca bona: queda₃ vtilia: vt prouentus: quedā aūt excellētiora vtilibus: vt honores: et libertates: et dominationes: et c. huiuſ. ¶ Primo ergo cōſiliamur vel ꝯſiliari poſſumus de prouentibus. Scdo de honorib⁹ et libertatibus: ſiue de pace et bello: que ordinant̄ ad honores et libertates. Tertio de munitione ciuitatis: per quam cuſtodiuntur tā honores q̄ prouentus. nam cū conſeruatiuum boni habeat rationē boni: op₃ de cuſtodia honorū eſſe conſiliu₃. Secūdū aūt bona intrinſeca eſt duplex cōſilium: ſm quod talia bona duo ſunt: quia quedam ſunt bona corporis: queda₃ ſunt bona anime: circa bona corporalia

eſt conſilium de alimento: qđ conuertitur in ſubſtantiam aliti: ſm bonū aīę: ſicut virtus ⁊ etiā conſilium de latore legum. Nam intentio latoris legis eſt inducere hoīes ad virtutē. virtus autem eſt bonū ſpūale intrinſecū. ¶ Sed ſi quereret̄ quare nō eſt tertiū cōſiliū de cuſtodia bonorū intrinſecorū ita ꝙ ſex eſſent conſiliabilia. tria ſm extrinſeca: tria ſm intrinſeca. Dici pōt ꝙ in munitōe ciuitatis includitur cuſtodia bonorū intrinſecorū: vel aliter: q̄ bona extrinſeca de ſe videnť auxiliabilia: intrinſeca vero per accidens ex corruptione ſubti. ¶ Deinde cū dicit.

**¶ Quare de prouentibus qui debet conſiliari: oportebit vtriq; itroitus ciuitatis ſcire: ⁊ qui: ⁊ quanti: quatenus ſiquis deficit: apponatur: ⁊ ſiquis minor augeatur.**

¶ Exequitur de iſtis cōſiliabilibus ſingulariter. Et duo facit: q: primo exequit̄ de cōſiliabilibus reſpectu bonorū intrinſecorū. Scđa ibi. (Adhuc aūt de alimēto.) Circa pmū tria facit ſm ꝙ cōſiliabilia reſpectu bonorū extrinſecorū tripliciter accipiunt̄: q: pmo exequit̄ de prouentibus ſiue de vtilibus. ſcđo de pace: ⁊ bello: ſiue de honoribꝰ. tertio de munitione ciuitatis: per quā cuſtodiunt̄ honores ⁊ ꝓuentꝰ. Scđa ibi. (De bello aūt ⁊ pace.) Tertia ibi. (Adhuc autē munitione.) ¶ Circa primū tria facit: q: pmo docet augere ꝓuentus per multiplicādo introitus. Scđo per ſubtrahendo expenſas. Tertio dat cautellā ad faciendum talia in reſpiciendo ciuitates alias. Scđa ibi. (Adhuc aūt expenſas.) Tertia ibi. (Hęc autē nō rō.) ¶ Dicit ergo pmo: ꝙ eos qui debent conſiliari de ꝓuentibus: oportebit ſcire introitus ciuitatis: ⁊ qui ſunt quantū ad numerū: ⁊ quāti quantū ad magnitudinē: ⁊ ſi quis introitus deficit apponat̄: ⁊ ſi quis minor eſt: augeat̄. ¶ His aūt duobus modis redditus ciuitatis conſueuerunt defraudari. Primo. q: non dat tributū qui debꝫ. Scđo ⁊ ſi quilibꝫ tributarius tribuit: non tamen quilibet tribuit quantum debet. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Adhuc autē opꝫ expenſas ciuitatis oēs: quatenus ſi que ſuperflue auferant̄: ⁊ ſi que maiores minores fiant. Non enī ſolū apponentes ad exiſtentia ditiores ſunt: ſed etiam auferentes ab expenſis.**

¶ Docet quō agunt̄ ꝓuentus de ſubtractione expenſarū dicēs: ꝙ adhuc ſi volumus ciuitatē ditari ⁊ multiplicare in prouentibus: opꝫ nos ſcire oēs expenſas ciuitatis quatenus ſi ſuperfluę ſūt: ⁊ ſi quę malę: maiores ⁊ minores fiāt. Duobus enī modis aliquis plus expendit q̄ debeat: vl' q: expendit vbi non debꝫ: ⁊ tunc expenſę ſunt ſubtrahendę: vel ſi expendit vbi debet poſſet tamen minori ſumptu facere q̄ facit: ⁊ tunc expenſę ſi non ſunt ſubtrahendę: ſunt tamē minorandę. Addit ꝙ duobus modis pdictis fiūt ciuitates ditiores: ⁊ hoc eſt qđ ait: ꝙ nō ſolū apponentes ad exiſtentia ditiores fiunt ciuitates: ſed etiā auferentes ab expenſis. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Hec aūt nō ſolū ex ea: que propria experiētia contingit cōcupiſcere: ſed neceſſariorū ⁊ inuentorū apud alios ſcientem ad eam: que de hoc deliberationem.**

¶ Dat cautelam quō poſſunt ciuitates fieri ditiores pręđictis modis. vꝫ. multiplicando introitus: ⁊ ſubtrahendo expenſas dicemus: ꝙ hoc nō ſolū cōuenit inſpicere ex ea experientia: quę eſt circa ꝓpria: ſed ad habendā eā delibe rōnē: quę eſt de hoc neceſſariū eſt eſſe ſcientē inuentorū apud alios. i. opꝫ nos ſcire: quę alij inuenerint: q̄ſi dicat: ꝙ ſicut videmus ciuitates alias augumētatas i diuitijs multiplicaſſe introitus ⁊ ſubtraxiſſe expenſas: ſic debemus facere in ciuitate ꝓpria. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

**¶ De bello autē ⁊ pace ſcire potentiā ciuitatis quāta eſt: ⁊ iam: ⁊ quātā cōtingit fore. ⁊ qualis quedā: ⁊ que exiſtit: ⁊ que pōt aduenire.**

¶ In iſta pte eſt notandū: ꝙ hic non intenditur de bello ⁊ pace ſm ꝙ ciues habēt inter ſe: ſed prout habent cū alijs extrinſecis. nā pax ciuiū inter ſe debꝫ eſſe quaſi finis legis latoris. vnde ſicut medicus non habꝫ conſiliū de ſanitate ſed eam ſupponit: ſic nec rector ciuitatis de pace ciuiū cōſiliari hꝫ. ¶ Eſt ergo intentio phi loqui de bello extrinſeco: per qđ potiſſime acquirit̄ honor: ſic etiam ⁊ per pacē acqritur aliquo modo honor: q: ſicut fugere malū eſt aliquo modo bonum: ſic fugere bellum cū melioribus: ⁊ habere pacem cum eis eſt aliquo mō acquirere honorē: cū per hoc fugiatur vituperiū. In determinando de bello ⁊ pace tria facit: q: de re aliqua tripliciter cognitio hri pōt. Primo per cauſam. ſcđo per experientiā. Tertio per ſimilitudinem vel exempla. Docet ergo nos pmo cognoſcere. Utrū ſit bellandū: vel non in cognoſcendo potentiā ciuitatis: quę eſt q̄ſi cauſa ⁊ radix victorię bellicę. Scđo docet hoc idē in videndo bella ciuitatis: ⁊ quō ciues pręliati ſunt: qđ eſt ſcientię bellū per experiētiā. Tertio in videndo potentias aliarū ciuitatū: qđ eſt ſcire bella per exēpla: ⁊ ſimilitudines. Secūda pars ibi. (Adhuc autē bella.) Tertia ibi. (Et potentię vtrū.) Dicit ergo: ſi volumus ſcire cōſiliari de bello ⁊ pace: opꝫ nos ſcire potentiā ciuitatis quanta eſt iam. id eſt quanta eſt nunc: ⁊ quanta cōuenit fore. id eſt quāta poteſt eſſe: quia aliquādo ciuitas per ſe ſine auxilio amicorū poſſet cū aliquo conatu habere maiorē potētiā tempore belli q̄ ceteris temporibus habeat: ⁊ etiā videndum eſt qualis eſt iſta potentia: vtrū ſit militū: vel peditū: ⁊ quę pōt euenire per amicos. ¶ Deinde cū dicit.

**¶ Adhuc aūt bella: que ⁊ qualiter preliati ſunt nō ſolū aūt ꝓprie ciuitatis: ⁊ ꝯ aliū hec neceſſarium ſcire: aut ⁊ ad quos dubij euentus ſit pugnare: quatenꝰ ad meliores quidē pacē hēant ad deteriores ipſis ſit pugnare. Et potētie vtrū ſimiles: aut diſſimiles. Eſt enī ⁊ his excedere ⁊ minorari. Neceſſariū ⁊ ad hec nō ſolū tua prelia ꝯſideraſſe: ſed ⁊ ea: que aliorū qualr̄ euenuint. A ſilibus in ſimilia fieri nata ſunt.**

¶ Oſtendit cognoſcere vtrum ſit bellandum: vel non per experientiam bellorum: quę accidunt ciuibus dicens: ꝙ adhuc ſi volumus talia ſcire bella ciuiū: oportet ſcire ea: quę fiunt ⁊ qualiter ciues pręliati ſunt: non ſolum proprie ciuitatis: ſed neceſſarium hoc ſcire contra aliuꝫ: quia qui vult dare conſilium de bello: non ſolū debet aſpicere eos inter ſe: quia quando ciues ſunt pugnantes inter ſe corda ⁊ animi eorū videbuntur: ſed debet aſpicere. vtrū pugnātes contra alios fuerint animoſi: aut non: etiam debet cōſpicere contra quos pugnare eſt dubij euentus: ⁊ ꝯtra q̄s non eſt dubium: ⁊ hęc fieri debent: quantū ad meliores pacē habeant: q: ex quo cum talibus non poſſunt honorē acquirere: bonum eſt fugere vituperiū: ad deteriores aūt in ipſis ſit pugnare. i. pugnare pñt ſi expediat. ¶ Deinde cum dicit. (Et potentię.) Oſtendit cognoſcere bella per exempla ⁊ ſimilitudines dicens: ꝙ debemus ſcire potentias aliarū ciuitatum: quę bellantur: ⁊ debemus videre.

vtrū

vtrum perſonę illę ſint ſimiles vel diſſimiles potentię ciuitatis proprię: ⁊ potentię ciuitatis: cum qua intendit bellare: quia in his eſt excedere ⁊ minorare: quia aliquando plus excedit ciuitas propria ciuitatem reſiſtentem ꝙ̃ ciuitas vincens ciuitatem victam: aliquãdo minus. vnde ſm proportionalitatem: quę eſt inter ciuitates olim bellantes ⁊ ciuitatem propriam cum ciuitate alia: debemus dare conſilium de bello: ideo addit ꝙ neceſſarium eſt ad hoc conſiderare non ſoluꝫ pręlia tria. ideſt pręlia proprie ciuitatis: ſed ⁊ pręlia aliorũ qualiter eueniũt: vel qualiter euenerunt: quia a ſimilibus ſimilia nata ſunt fieri. Debemus eni de ſimilibus ſimilia iudicare. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Adhuc aũt de munitione regionis nõ latere qualr̃ cuſtodiet̃: ſed multitudinẽ ſcire cuſtodire: ⁊ ſpẽm: ⁊ loca munitionũ. Hoc aũt ĩpoſſibile non expertũ exiſtentem regionis: vt ſi minor ſit cuſtodia apponat̃: ⁊ ſiqua ſupflua auferatur: ⁊ loca idonea obſeruent magis.

¶ Determinat de conſiliabili circa munitionem ciuitatis: ⁊ eorum: quę ad ciuitatem pertinent dicens: ꝙ adhuc opꝫ nos nõ latere qualiter cuſtodietur talis munitio: ⁊ tria tãgit. Nam vt bene cuſtodiatur munitio: oportet nos ſcire multitudineꝫ cuſtodię. vtrum ſint quatuor vel decem cuſtodię muniendę. Secũdo opꝫ nos ſcire ſpecieꝫ cuſtodię. vꝫ qualem munitionẽ volunt huiꝰ cuſtodię. vtrum militum: vel peditum: vel nauium. Tertio ſcienda ſunt loca munitionum: q2 debemus ſcire: quę ſunt loca infirmiora quę egent cuſtodia: ⁊ addit: ꝙ eſt impoſſibile non exiſtentem expertum regionis talia ſcire: ⁊ hoc debemus ſcire: vt ſi minor ſit cuſtodia: apponatur: ⁊ ſi ſuperflua: auferatur ⁊ loca magis idonea ad cuſtodiendũ: aut loca infirmiora magis cuſtodiantur. Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autẽ de alimento quantus ſumptus ſufficiens ciuitati: ⁊ quantũ ibidẽ factũ: ⁊ quãtũ adducibile: ⁊ quoꝝ ĩductiõe ĩdigẽt: ⁊ quoꝝ abductione: vt ad hoc ⁊ cõſilia: ⁊ ſtatuta fiãt.

¶ Determinat de conſiliabilibus reſpectu bonorũ intrinſecorum. Et duo facit: quia p̃mo determinat de eis prout ſumuntur ex parte alimenti: qđ ordinatur ad bonum corporis. Scđo determinat de cõſiliabilibus ſumptis ex parte poſitionis legum: quę potiſſimę ordinant̃ ad virtutem: quę eſt bonum animę. Scđa ibi. (Non minimũ autẽ.) ¶ Circa p̃muꝫ duo facit. quia primo facit quod dictũ eſt. Scđo ex habitis concludit: ꝙ ciues ad duo genera hominum debent habere pacem. Secunda ibi. (Ad duo enim neceſſarium.) In dando documentuꝫ de conſiliabilibus quattuor tangit: quia qui vult ſcire conſiliari non ſolum de munitione regionis: vel de pace ⁊ bello: ſed adhuc vult ſcire dare conſilia de alimento: oportet p̃mo inueſtigare quantus ſumptus: ſiue quantũ alimentũ ſit ſufficiens ciuitati. Scđo quantuꝫ eſt ibidem factuꝫ. ideſt quantũ alimentum ciuitas poteſt habere de ſe. Tertio quantum alimentuꝫ eſt adducibile per alios. Quarto quoꝝ inductione põt tale alimentũ induci: ⁊ hoc debent ſcire conſiliantes: vt ad hoc ⁊ ad conſimilia fiant ſtatuta prout expedit ciuitati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad duo eni neceſſariuꝫ ciues cõſeruare ſine querela: ad potentiores: ⁊ ad eos: qui ad iſta ſunt vtiles: ad ſecuritatem autem oĩa quidem hec neceſſarium poſſe conſiderare.

¶ Concludit ex habitis neceſſariũ eſſe ciues cõſeruare ſe



in pace: ⁊ ſine querella ad duo genera hominum. videlicꝫ ad potẽtiores: ⁊ ad eos qui ſunt vtiles ad iſta. ideſt ad eos alimẽta portare: ⁊ addit: ꝙ omnia hęc eſt neceſſariũ poſſe conſiderare ad ſecuritatem ciuitatis: quia tantum eſt ciuitati habere pacem cum potentioribus: ⁊ cum his: qui portant alimenta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nõ minimũ aũt de legis latione audire. In legibus enim eſt ſalus ciuitatis. Quare neceſſarium ſcire quot ſunt ciuitatuꝫ ſpecies: ⁊ quales conferunt vnicuiqꝫ: ⁊ a quibus corrumpi nate ſunt: ⁊ a proprijs ciuitatis: ⁊ a cõtrarijs. Dico autem a proprijs corrumpi: quia excepta optima ciuilitate: alie omnes ⁊ remiſſe ⁊ intenſe corrumpuntur. puta democratia non ſolum remiſſa debilior fit: ⁊ terminabitur in oligarchiam: ſed ⁊ intenſa valde: ſicut ⁊ aquilinitas: ⁊ ſimitas non ſoluꝫ remiſſe in medium veniunt: ſed ⁊ valde aquila facta: aut ſima diſponunt naſum: vt neqꝫ naſus videatur eſſe.

¶ Oportet ſcire quomodo ſit conſilianduꝫ in poſitione legum. Et duo facit: quia primo oſtendit tale conſiliuꝫ eſſe valde vtile. Scđo exequit̃ qualiter ſit conſiliandum circa talia. Scđa ibi. (Quare neceſſariuꝫ ſcire.) Dicit ergo ꝙ non minimũ debemus ſtudere audire cõſilia de latione legis: ⁊ eſt ratio: quia in legibus eſt ſalus ciuitatis. tunc ſequitur illa pars: quare neceſſariũ ſcire: in qua docet nos conſiliari circa talia. Et duo facit: quia p̃mo docet nos bñ eſſe conſiliatiuos circa lationem legum aſpiciẽdo ea: quę ſunt ciuitatis proprie. Scđo cõſiderãdo ea: quę ſunt aliarum ciuitatum. Secunda ibi. (Utile autem ad legis.) ¶ Propter primũ notandũ ꝙ multe ſunt ſpecies ciuitatis. vnde dicitur octauo ethicoꝝ: ⁊ ſeptimo politico. nam in aliqua ciuitate dominat̃ vnus: in aliqua pauci: in aliq̃ multi: cum dominatur vnus. ſi eſt bona dominatio: ⁊ propter bona ſubditorum: illa politia dicitur regnatiua. ſi vero ſit mala: ⁊ dominus intendat bonum ꝓprium: non eorum: quibꝰ prępeſt: ſic dicitur tyrannus. Eſt eniꝫ hęc differentia inter tyrannum ⁊ regem: quia rex intendit bonum ſubditoꝝ: tyrãnus bonuꝫ propriuꝫ. ¶ Si vero in ciuitate dominantur pauci: ſi dominantes ſunt boni ⁊ ephykes talis dominatio dicitur ariſtocratia: ſiue p̃ncipatus virtutum. Si vero dominantes ſunt mali: tunc illa politia dicitur oligarchia: ſed ſi in ciuitate dominantur multi: ⁊ eſt bona politia: dicitur tymocratia. ſi vero eſt mala: dicit̃ democratia. ¶ Et quia iſte ciuilitates differũt ſpecie: ſicut non ſunt eadeꝫ ſana homini ⁊ leoni: ⁊ res naturales ſpecie differentes a diuerſis principijs ſumunt originem ⁊ diuerſitateꝫ: ⁊ ſaluantur ⁊ conſeruantur in eſſe: ſic iſtę ciuitates: cum ciuitas ſit aliquid naturale aliquo modo: vt probatur p̃mo politicorum. nõ eodeꝫ modo habent fieri: ⁊ corrumpi: ⁊ quia non poſſumus bene dare cõſilia de poſitione legũ in aliqua ciuitate: niſi ſciamus qualis ſit ciuitas illius: ⁊ a quibus habet fieri ⁊ corrumpi talis ciuitas. Ideo phs ait: ꝙ ſi volumus eſſe bene conſiliatiui circa talia: oportet nos ſcire quot ſunt ſpecies ciuilitatis ⁊ quales ſpecies conferunt vnicuiqꝫ ciuilitati: ⁊ a quibus proprijs ciuilitati: ⁊ a quibus cõtrarijs ciuilitati: huius ciuilitates ſunt aptę natę corrumpi: ⁊ expõit ſe quomodo qualitates corrumpunt̃ per propria: ⁊ quomodo per cõtraria. ¶ Ad cuius euidentiam notandũ: ꝙ vniuerſum eſt maxime ordinatum. nam totum vniuerſum aliquo modo reſeruat̃

¶ Hic ponit quaſdam conſiderationes:quę ſumunt originem ex dictis. Nam arduum ſiue difficile videtur eſſe potiſſime expediens:⁊ exiſtēs:⁊ charuꝫ:ſiue virtuoſum:ideo tria facit: quia primo ponit maximas ⁊ conſiderationes ſumptas ex expedientia. Secūdo ex exiſtentia. Tertio ex virtuoſitate. Secunda ibi.(Et quę ad veritatem). Tertia ibi.(Quod ad multa vniuerſalius). ¶ Circa primuꝫ ponit quinqꝫ conſiderationes ſm ꝙ expediens quantum ad pręſens quincupliciter poteſt ſumi. Primo prout refertur ad totum. Secundo prout comparatur ad neceſſitatem. Tertio prout comparatur ad finem. Quarto prout comparatur ad ſuam facultatem ⁊ poſſibilitatem. Quinto prout refertur ad vitam. Secunda pars ibi.(Et quę in neceſſitate). Tertia ibi.(Et duoruꝫ quod propinquius). Quarta ibi.(Et ꝙ ipſi). Quīta ibi.(Et ꝙ i fine). ¶ Prima conſideratio talis eſt. Qꝛ cuiuſlibet magni ſemꝑ maxima pars eſt melior:⁊ maius bonum:quia magis expediens. Unde Perides deſcripſit quoddam epitaphiuꝫ: vbi dicit:ꝙ iuuentutem ex ciuitate ablatam tale eſt ac ſi ver tolleretur ab āno:quia ſicut eſt nobiliſſima pars anni: ita iuuentus nobiliſſima pars ciuitatis. ¶ Secunda talis. Quę fiunt in neceſſitate maiori: ſunt meliora:quia magis opportuna: vtputa quę fiūt in egritudinibus ⁊ in ſenectute. ¶ Tertia talis. Quando aliqua duo comparantur ad finem:illud quod eſt propinquius fini eſt melius: qa magis expediens. ¶ Quarta continet duas conſiderationes quia illud eſt melius: quod ſimpliciter eſt ipſi homini. i. quod eſt in facultate hominis:quia tali homini expediūt. Et ex hoc ſequitur alia conſideratio:ꝙ poſſibile eſt melius impoſſibili:quia hoc poſſibile eſt ipſi homini:ſiue in facultate eius. hoc autem vt impoſſibile non. ¶ Ultima conſideratio talis. Qꝛ bonum in fine vitę eſt melius: quia fines ſunt magis apud finem. i. qꝛ talia ſunt propinquiora fini ⁊ magis expedientia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et que ad veritatem his:que ad opinioneꝫ. Terminus autem eius:qđ ad opinionem: qđ latere debeat: non vtiqꝫ eligitur. Propter qđ taꝫ bene pati qꝫ benefacere videbiť vtiqꝫ eligi. Et quecunqꝫ eſſe magis qꝫ iudicari volunt ad veritatem eius magis propter quid: ⁊ iuſtitiā aiunt paruum eſſe:quia videri qꝫ eſſe eligibilius ſanum autem eſſe non.

¶ Oſtendit magis eſſe bona: quę ſunt magis optima. Et ponit tres conſiderationes circa hęc:quaruꝫ vna ſequitur aliam. Secunda ibi.(Quia ſi latere debeat). Tertia ibi.(Et quęcunqꝫ eſſe magis). ¶ Prima conſideratio talis. Quę ſunt ad veritatem ſunt maiora bona his:quę ſūt ad opinionem. Et ſubditur cauſa:quia exiſtentia:ſiue virtus eſt terminus: id eſt finis eius: quod eſt ad opinionem. Et quia finis eſt melior his: quę ſunt ad finem: ideo exiſtentia pręualet opinionem. ¶ Secunda talis. Quicquid non eligeretur:ſi debeat latere:non videtur tantuꝫ bonū ſicut illud:quod quis eligeret latens. Et quia non eſt commune:ꝙ quis eligat bene facere:niſi ſciretur. Eligunt tamen homines bene pati ⁊ bona ſuſcipere: ſi nullus ſciat ſecundum conſideratioueꝫ hanc:videtur melius bene pati qꝫ bene facere. ¶ Tertia talis. Quęcunqꝫ homines volūt magis eſſe qꝫ videri:ſunt magis eligibilia. Et eſt ratio quia ſunt magis ad veritatem. ⁊ dicunt homines iuſtitiam eſſe paruum bonum:quod eligibilius eſt videri iuſti qꝫ eſſe

q̃ eſſe iuſtum: ſed ſanum eſſe non ſic habet: q2 potius quilibet eligeret eſſe ſanum q̃ videri. ⁋ Aduertendum tamen: q iuſtitia ſimpliciter eſt melioꝛ ſanitate: ſicut bonũ animę eſt melius bono coꝛpoꝛis. Et ſimiliter melius eſt eſſe iuſtum q̃ videri: tamen quia cõmuniter homines cognoſcunt ſolum ſenſibilia bona: ideo eligerent homines vtplurimum magis videri iuſtos q̃ eſſe. Et q hoc ſufficit ad hoc q cõſiderationes nunc ſunt ſecundum modũ rhetoꝛicum. ⁋ Deinde cũ dicit.

⁋ Et q ad multa vtilius: puta q ad viuere: τ bene viuere: τ ad delectationem: τ ad agẽduz bona: propter quod diuitie τ ſanitas maxime videntur eſſe: omnia enim habẽt hec. Et q. n. minus triſte. Et q cuz delectatione: plura eniz vno: quare excedit. Et delectatio bonum: τ triſtitia: τ duoꝛum appoſitum magis totum facit. Et que non latent pꝛeſentia q̃ que latent: ad veritatem enim tendunt hec: pꝛopter quid ditari videbitur vtiq; maius bonum q̃ opinari. Et amabile his quidem ſolum. his autez cũ alijs: pꝛopter quod non equale damnuz: ſi qs monoculum excecauerit: τ duos habentem amabile enim ſingulariter ablatum eſt. Et quidem igitur opoꝛtet perſuaſiones ferre exhoꝛtando τ dehoꝛtando fere dictum eſt.

⁋ Oſtẽdit eſſe maioꝛa bona: quę virtuoſioꝛa τ rarioꝛa ſũt. Et ponit ſex conſiderationes circa hęc. Secunda ibi. (Et enim qđ minus). Tertia ibi. (Et qđ cum delectatione). Quarta ibi. (Et duoꝛum qđ eidem). Quinta ibi. (Et quę non latent). Sexta ibi. (Et amabile his). ⁋ Prima cõſideratio talis. q eſt ad multa vniuerſalius: id eſt magis bonũ. Eſt enim virtuoſius τ charius: τ ideo quę valẽt ad viuere: τ bene viuere: τ ad delectationem: τ ad agendum bona: videntur eſſe valde bona: pꝛopter quod diuitię τ ſanitas: quę habent omnia hęc. i. quę valent ad omnia pꝛędicta videntur eſſe maxima. ⁋ Secunda talis. Bonum qđ habetur cum delectatione eſt maius bonum: τ dat cauſaz dictoꝛum: quia plura bona ſunt melioꝛa vno. Nam ſicut vnuz quod valet ad multa eſt virtuoſius τ rarius. ſic plura bona virtuoſioꝛa ſunt: τ charioꝛa vno bono. Cum ergo delectatio ſit aliquod bonum τ non triſtari: τ bonum ſit quando delectatio: vel carentia triſtitię adduntur bono poſſeſſo: τ excedit bonum: quod eſt ſine iſtis poſſidetur ſicut plura bona vnum bonum. ⁋ Tertia talis eſt. Si aliquid bonoꝛum duoꝛum appoſitum eidem facit totũ magis bonum contrarium aliud: illud eſt maius bonum: qđ virtuoſius. ⁋ Quinta talis. Et ea quę pꝛęſentia nõ latent ſunt melioꝛa q̃ quę latent: quia tendunt magis ad veritatez. Et in hoc ſunt melioꝛa τ maioꝛis virtutis: pꝛopter qđ ditari videtur eſſe magis bonum q̃ opinari: ſiue q̃ ſcire. ſunt eniz diuitię magis ſenſibilia bona q̃ ſcientia. ⁋ Ultima talis eſt. Quando his. i. aliquibus ineſt aliqđ bonuz amabile: ſolum his. i. alijs ineſt bonum tale cum alijs: τ non ſolum vbi inuenitur ſolitarium: ibi magis bonum: quia eſt magis charũ: τ magis neceſſarium: τ iđ non ęquale damnum infert: ſiquis excecauerit de vno oculo monoculum τ habentem duos oculos: quia monoculo eſt ablatum: quod ei erat amabile ſingulariter: pꝛopter quod illatum eſt ei maximum damnum. ⁋ Ultimo epilogat: q fere dictum eſt: ex quibus opoꝛtet perſuaſiones ferre: vel facere exhoꝛtando τ dehoꝛtando.

Maximum autem τ pꝛincipiũ omnium ad poſſe perſuadere: τ bene conſulere ciuitates: omnes accipere τ vniuſcuiuſq; conſuetudies: τ lr̃ia: τ ꝯferẽtia diſtiguere.

⁋ Poſtq̃ phs poſuit ęlemẽta τ ꝓpoſitões de bono ꝯferenti: vt de maioꝛi τ minoꝛi. hic dat vnam viã ad inueniendum talia circa aliud: aut annexum: vt circa poſſibile: poſſibilitas τ impoſſibilitas in perſuadendo dupliciter habet eſſe. Pꝛimo ex fine. Nam quia finis imponit neceſſitatem his: quę ſunt ad finem: ſi volumus ſcire. vtrum per talia poſſumus perſuadere iſti ciuitati: vel nõ poſſumus: opoꝛtet nos ſcire finem eius. Et quia ſm diuerſas ciuilitates ſunt diuerſi fines: opoꝛtet nos accipere ciuilitates τ vnamquãq; ciuilitatem cognoſcere: vnde cuz ciuilitates τ vniuerſaliter omnia moꝛalia videantur reponi in ſua ſpecie potiſſime per finem: ſic naturalia reponuntur per ſuas foꝛmas: ſicut in naturalibus ex foꝛmis τ naturis eoꝛum ſumitur poſſibilitas τ impoſſibilitas: ita τ in deliberatiuo negocio ex fine debet ſumi poſſibilitas ad ꝑſuadendum: ſed talia habent eſſe ex moꝛibus τ conſuetudinibus ciuium. Nam ſi ſciuerimus moꝛes τ leges ciuiuz erimus magis potentes ad perſuadendum eis. Duo ergo facit philoſophus in hoc capitulo: quia pꝛimo pꝛęmittit intentionem ſuam. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (Perſuadentur enim omnes). ⁋ Dicit ergo pͥmo q2 oĩum pͥncipioꝝ iſtud ẽ maximũ ad poſſe ꝑſuadere: τ bñ ꝯſulere: accipe ciuilitates oẽs: τ diſtiguere ꝯſuetudies vniuſcuiuſq;: ſiue leges: τ ẽt q̃ ꝯferãt legib⁹ τ ꝯſue^bus. Deide.

⁋ Perſuadẽtur enim omnes conferentes. Cõfert enim qđ ſaluat ciuilitatẽ. Adhuc autẽ pꝛecipua quidẽ pꝛecipui enũciatio. Pꝛecipua autem diuiſa ſunt ſm ciuilitates: quot enim ciuilitates: tot τ pꝛecipua ſunt.

⁋ Exequitur de intento. Et duo facit: quia pꝛimo oſtendit q opꝫ diſtinguere ciuilitates ipſas. Scđa ibi. (Sunt autẽ ciuilitates quatuoꝛ). ⁋ Circa pꝛimum duo facit ſecundũ q dupliciter pꝛobat: q cognoſcere ciuilitates facit ad bene poſſe perſuadere. Secunda ibi. (Adhuc autem pꝛęcipua). ⁋ Pꝛima ratio talis. Omnes perſuadentur conferentes: quia quilibet eligit bona τ conferentia. cõfert autem quod ciuilitatez ſaluat. Si ergo volumus poſſe perſuadere: opoꝛtet nos ſcire diſtinguere ciuilitates: vt ſciamus: quę ſaluant ciuilitates: τ quę ciuilitatibus cõferũt. ⁋ Secunda ratio talis. Adhuc pꝛęter rationem dictam enunciatio τ cognitio finis: qui pꝛęcipue τ pꝛincipaliter in quolibet eſt attendendus circa pꝛęcipua ẽ pꝛincipalis ad perſuadendum. ſed ipſa pꝛęcipua τ ipſi fines ſunt diuerſi ſecundum q ciuilitates diſtinguuntur. Si ergo finis eſt pꝛęcipua τ pꝛincipalis ad poſſe perſuadere: cognitio ciuilitatis erit etiã pꝛęcipua ad tale poſſe. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Sunt autem ciuilitates quatuoꝛ: democratia: olicratia: ariſtocratia: monocratia. Quare qđ quidem dominatur: τ qđ iudicat. Hoꝝ autem vtiq; erit pars: aut totum hoꝛum.

⁋ Diſtinguit ipſas ciuilitates. Secundo cuilibet ciuilitati dat ſuum finem. Tertio concludit ex dictis: q cognoſcere conſuetudines: τ leges: τ conferentia facit ad poſſe perſuadere. Scđa ibi. (Finẽ vtiq;). Tertia ibi (Palã igit̃). ⁋ Circa pꝛimũ duo facit: q2 pꝛimo facit qđ dcm̃ ẽ. Scđo diffinit vel notificat vnãquãq; ciuilitatem. Secũda ibi.

(Eſt aũt democratia). Dicit ergo p̃mo: ꝙ ciuilitates ſũt quatuor: democratia: olicratia: ariſtocratia: ⁊ monarchia. Et quia queli bet ciuitatum denominatur a dominatiõe: vel a principatu: vt monarchia quaſi principatus vnius: democratia quaſi principatus virtutuꝫ: ⁊ ſic de alijs. ideo addit: ꝙ ſcire: qui dominatur in ciuitate: ⁊ quod ciuitateꝫ iudicat: erit aliqua pars horum: vel totum horum: ideſt erit aliqua pars ad cognoſcendum huiuſmodi ciuilitates: vel potius erit totum: ꝙ potiſſima ⁊ tota cognitio ciuilitatum eſt per diſtinctionem principatuum. ¶ Deiñ ⁊c̃.

¶ Eſt autem democratia quidem ciuilitas: in qua ſorte diſtribuunt principatus. Olicratia auteꝫ in qua: qui ĩ honorabilibus. Ariſtocratia autem in qua: qui ſm eruditionem. Eruditionem autem dico eam: que a lege poſitaꝫ. Qui enim manſerint in legitimis: in ariſtocratia principantur. Neceſſe autem hos videri optimos. Unde ⁊ nomen accipit hec monarchia ſm nomen: in qua vnus omnium dominus eſt. Harum auteꝫ: que quidem ſm ordinem quendã regnum. Que aũt indeterminata tyrãnis.

¶ Notificat ciuilitates: ⁊ quatuor facit. q̃r primo dicit q̃d eſt democratia. Secundo quid olicratia. Tertio quid ariſtocratia. Quarto quid monarchia. Secũda ibi. (Olicratia autem). Tertia ibi. Ariſtocratia autem). Quarta ibi. (Monarchia autem). Notificatur autẽ democratia: q̃a eſt ciuilitas: in qua ſorte diſtribuũtur principatus. Nam in tali ciuilitate dominatur totus populus: vl' quaſi totus. Et quia vniuerſaliter quilibet vult eſſe libere quodãmodo par alij: ideo in ea honores ⁊ ciuilitates pariter diuidũtur ſorte. Olicratia auteꝫ notificatur ſic: quia eſt ciuilitas in qua qui fulgent honorabilibus dominant̃: quia in huiuſmodi ciuilitate dominantur diuites: quibus potiſſime exhibetur honor. Ariſtocracia ſic notificatur: q̃r eſt ciuilitas: in qua dominantur: qui ſunt excellentiores ſm eruditionem: eruditionem dico eaꝫ poſitam: que eſt a lege. Nã qui manſerint in legitimis in ariſtocratia dominant̃. naꝫ in tali ciuilitate dominantur prudentes: nõ prudẽtes quocunqꝫ modo: ſed in legalibus. ideo ſubdit: ꝙ neceſſe ẽ hos ſic prudentes videri optimos in tali ciuilitate. Unde hec .i. ipſa ariſtocratia accipit nomen ab ipſa cognitione legalium. Nam ſi dicitur ariſtocratia principaliter virtutuꝫ: hoc eſt inquantum intentio legiſlatoris eſt inducere homines ad virtutes. Monarchia autem ſm ꝙ nomen deſignat eſt ciuitas: in qua eſt vnus dominus omnium. Iſtarum autem ciuilitatum: in quibus ſolus vnus dominatur illa: que eſt ſm originem quandam: vt ſm origineꝫ debitum dicitur regiminum: vel regnatiua. Illa auteꝫ que eſt indeterminata: ⁊ caret tali ordine: dr̃ tyrãnis. ¶ Deinde.

¶ Fineꝫ vtiqꝫ vniuſcuiuſqꝫ ciuilitatis nõ oportet latere. Fingunt ꝙ ad finem. Eſt autem democratie quidem finis liberalitas. Olicratie autem diuitie. Ariſtocratie vero: que circa eruditionem ⁊ legitima. Tyrãnidis aũt cuſtodia.

¶ Aſſignat finem vnicuiqꝫ ciuilitati dicẽs: ꝙ ſi volumus perſuadere ⁊ bene conſulere: oportet nos non latere fineꝫ vniuſcuiuſqꝫ ciuilitatis. ⁊ dicit cauſam: quia finem homines eligunt: quod eſt ad finem. ideo ſubdit: ꝙ finis democratie: in qua dominatur populus: ⁊ quilibet vult eſſe par alij eſt libertas. Finis olicratie: in qua dominantur diuites ſunt diuitie. Finis ariſtocratie: in qua dominãtur eruditi ſm legem: ſunt ea: que circa eruditionem: ⁊ legitima: vt ꝙ homines ſint eruditi: ⁊ ſciant legalia: ⁊ ſciendo obſeruent ea. Finis tyrannidis eſt cuſtodia corporis: cõmoduꝫ proprium: quia tyrannus non intendit bonum ſubditoruꝫ ſed bonum ſuum. ¶ Ad euidentiam dictorum notandũ: ꝙ cum ſex ſint ciuilitates: tres bone: regnatiua: ariſtocratia: ⁊ thimocratia: ⁊ tres male iſtis oppoſite: vt tyrãnia: olicratia: ⁊ democratia. Phũs tamen dicit hic ciuilitates eſſe quattuor: quia non fuit intentionis ſue determinare de iſtis ciuilitatibus: niſi ratione diuerſitatis finium: quia thimocratia ⁊ democratia quantum ad preſens ſpectat: aliquo modo habent eundem finem: inquantuꝫ vtrobiqꝫ quodãmodo intenditur libertas: ideo vt eſt preſentis ſpeculationis vna non ponitur in numero cum alia: ſicut ẽt regnatiua quodãmodo videtur reſpicere eundem finem cum ariſtocratia: q̃r ſi cum in ariſtocratia intenditur eruditio ſm legem: vt ciues eruditi in talibus obſeruãt leges ⁊ fiunt virtuoſi: ſic intẽtio regni dꝫ inducere homines ad virtutem: ideo numerando fines ciuilitatuꝫ philoſophus non aſſignauit finem regnatiue: ſed tyrãnidis. ¶ Poſſumus aliter dicere: ⁊ forte melius. Nam bonum eſt vno modo: malum auteꝫ multipliciter: ideo omnes boni quodãmodo concordant in fine: quia ponunt finem ſuum in bono ſecundum rationem: mali autem non ſunt concordes: nec ponunt finem ſuum in vno bono. Unde ſꝫ ꝙ aliter ⁊ aliter ſunt diſpoſiti ſm appetitum: aliter ⁊ aliter feruntur in bonum: ideo omnes tres ciuilitates bone ſm ꝙ huiuſmodi ſunt: habent quodãmodo vnum finem: ĩ quo in omni bona ciuilitate principaliter debet intendi bonitas ciuium. Male autem ciuilitates: que ſunt tres habẽt tres diuerſos fines: ita ꝙ in vniuerſo ſunt quatuor fines: iõ diſtinguit phs q̃tuor ciuilitates. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Palam igitur: ꝙ ea que ad finem vniuſcuiuſqꝫ conſuetudines: ⁊ legitima: ⁊ conferentia diuidẽdũ: ſiquidẽ eligunt ad hoc referentes.

¶ Concludit ex dictis legitima ⁊ cõſuetudines poſſe aliq̃d perſuadere. Et duo facit: quia primo facit quod dictũ eſt. Secundo adducit rationem q̃ꝫdam. Secunda ibi. (Quoniam autem non ſolum). ¶ Dicit ĝ palam eſſe ex dictis diuidendum eſſe ea: que ſunt ad finem ⁊ conſuetudines ⁊ talia: quia debemus ſcire ⁊ diuidere ea: que ſunt ad finem ⁊ conſuetudines vniuſcuiuſqꝫ: ⁊ legitima: ⁊ cõferentia ad iſta: quia quicunqꝫ eligunt aliquid. eligunt ex eo: ꝙ referunt ipſum ad hoc .i. ad finem: ⁊ ſecundum diuerſos fines ſunt diuerſe cõſuetudines: ⁊ diuerſe leges: ideo ſi oportet nos ſcire diuerſitatem finium inter ciuilitates conſuetudinum ⁊ legum: vt ſumus potentes ad bene pſuadendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem non ſolum perſuaſiones fiunt per demonſtratiuam orationem: ſed ⁊ p moralem: eo enim ꝙ apparet quale quidẽ hic dictuꝫ credimus. Hic autem ſi bonus appareat: aut beniuol⁹: aut ambo oportebit vtiqꝫ mores vniuſcuiuſqꝫ ciuilitatuꝫ nos habere. Morem enim vniuſcuiuſqꝫ maxime perſuaſiuum neceſſe ad vnamquanqꝫ eſſe.

¶ Adducit rationem ad hec. ⁊ tria facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo docet nos cognoſcere diuerſitates noſtrorum. Tertio epilogat. Secunda ibi. (Hec autem accipiẽtes). Tertia ibi. (Que quidẽ igitur). Dicit ergo primo: ꝙ pſuaſiões nõ ſolũ fiũt per demõſtratiuã orõnẽ: ſiue ex pte rei: ſed etiam fiunt per moralem locutionẽ

ſiue per

ſiue per mores:vt ex parte loquētis:vt ex eo qd̄ hic dicēs: apparet qualis quidam. Nam credimus dominātı ſi ap/pareat nobis bonus:aut beniuolus:aut ambo.Et qꝛ potiſ/ſime nos apparem⁹ beniuoli ⁊ boni moꝛis: ex eo ꝙ ſcim⁹ nos confoꝛmare moꝛibus ciuium:ideo vt poſſimus bene perſuadere:opoꝛtebit nos habere:ſiue ſcire vniuſcuiuſqȝ ciuilitatem:qꝛ moꝛes vniuſcuiuſqȝ maxime videmus ꝑ/ſuaſiuum eſſe:neceſſe eſt ad perſuadendū vnumquodqȝ ſiue ad vnamquāqȝ perſuaſionem faciendā eſſe nos ſciē tes talia. ⁋Deinde cum dicit.

⁋Hec autem accipientur per eoſdē locos: mo res quidem manifeſti ſm electionem: electio autem refertur ad finem.

⁋Dicit ꝑ illos eoſdem locos.i. per illā eandē viam:⁊ per eadem documenta:per quę accepimus eſſe diuerſas ciui/litates. Nā ſicut per diuerſos fines ſunt ciuilitates diuer ſę:⁊ alię ⁊ alię ſaluant aliam ⁊ aliam ciuilitatem. Iterum ſm diuerſos fines ſūt leges:⁊ conſuetudines:⁊ moꝛes di uerſi:ideo ſubdit:ꝙ moꝛes ſunt manifeſti ſm electionē. electio aūt refertur ad finem: ideo ſm diuerſos fines ſūt diuerſi moꝛes. ⁋Deinde cū dicit.

⁋Que quidem igit̄ opoꝛtet affectare exhoꝛtā tes vt futura:aut exiſtentia: ⁊ ex quibus opoꝛ tet conferentes perſuaſiones accipere. Adhuc aūt de his:que ſm ciuilitates moꝛibus ⁊ legi/timis:per que ⁊ qualiter abundabimus inquā tum cōmenſurabile erat pꝛeſenti tpi diximus: dictum.n.eſt diligenter in politicis de his.

⁋Epilogat dicens:nihil ex dictis eſſe:quę exhoꝛtantes opȝ affectare tanꝗ exiſtentia.i.tanꝗ pꝛęſentia:⁊ quę tanꝗ fu tura:vt per pꝛęſentia futura adipiſcamur:⁊ etiam dictum eſt: ex quibus opoꝛtet accipere perſuaſiones conferentes .i.de conferenti ⁊ bono. Adhuc aūt per quę:⁊ qualiter ha/bebimus de his moꝛibus:⁊ de his legitimis:quę ſunt ſm ciuilitates exquiſite diſtinguere non eſt pꝛęſentis ſpecula/tionis:quia dictum eſt diligenter de his in politicis.

Poſt hec aūt dicamus de virtute ⁊ malicia: ⁊ turpi ⁊ honeſto:iſti enim fines laudanti ⁊ vituperāti.

⁋Superius determinauit ph̄s de nego/cio deliberatiuo.hic determinat de excla/matiuo.Et duo facit:qꝛ p̄ pmittit qdā pꝛę/ambula ad pꝛopoſitū.Secūdo exequitur de intento. Se cunda ibi.(Honeſtum quidem igitur eſt). ⁋Circa pͥmū tria facit:qꝛ pꝛimo ꝯtinuat ſe ad dicenda.Sc̄do oſidit vti litatem huius tractatus.Tertio manifeſtat neceſſitatem eius.Secunda pars ibi.(Accidet aūt ſimul). Tertia ibi. (Qm̄ aūt accidit ſine ſtudio).Dicit ergo pꝛimo:ꝙ poſt h̄ .i.poſtꝗ determinauimus de deliberatiuo negocio: dica/mus de virtute ⁊ malicia:⁊ de turpi ⁊ hōeſto:quia iſti ſūt fines laudati ⁊ vituperati:⁊ circa iſta verſatur exclamati/uum negocium:de quo intēdimus tractare. ⁋Dein̄.c.d.

⁋Accidet aūt ſimul de his dicentes: ⁊ illa face re:ex quibus quales quedam extimabimur ſȝ moꝛem: qd̄ erat ſecūda perſuaſio ex eiſdē nos ⁊ aliū fidedignū poterimus facere ad virtutē.

⁋Oſtendit iſtum tractatum eſſe vtilē dicens: ꝙ dicētes de his:quę pertinent ad exclamatiuum negociū accidet ſimul ⁊ facere illa.i.oſtēdere illa:ex quibus extimabimur quales quidem ſermones:qd̄ erat ſecunda perſuaſio:nā di ctum fuit ſupꝛa perſuaſionem fieri tripliciter:ex parte rei per enthimemata:ex parte dicētis pꝛopter moꝛes: ex par/te audientis per paſſiones.vnde in ſecūdo libꝛo vbi deter minatur de perſuaſione ſumpta ex parte dicentis remit/tit nos ph̄s ad iſtud capl̄m.Dat aūt cauſam dicti dicēs:ꝙ ex eiſdem poſſumus facere nos ⁊ alium dignū fide ſȝ vir tutem:in quo apparet magna vtilitas huius tractatus:qꝛ non ſolum ex eo ſcimus laudare ⁊ vituperare alios: quod pertinet ad rhetoꝛem.Sed cum hoc poterimus oſtēdere nos ⁊ alios dignos fide:quia hominibus virtuoſis ⁊ moꝛi geratis fides adhibetur. ⁋Deinde cum dicit.

⁋Quoniam autem ſine ſtudio ⁊ cum ſtudio laudare ſepe non ſolum hominem:aut deū: ſed inanimata ⁊ alioꝛum animaliū quodcūqȝ eodem modo: ⁊ de hoc accipiēde ꝓpoſitiōes. Quare ꝗtū exēpli gr̄a dicamus ⁊ de his.

⁋Oſtendit iſtum tractatum eſſe neceſſariū. ⁋Ad cuius euidentiam notandum:ꝙ quotienſcunqȝ contingit aliqd fieri ſine ſtudio:vt quia fit a caſu:⁊ cum ſtudio:vt qꝛ fit ex experientia ⁊ cōſuetudine:ſemper in tali negocio neceſſa/ria eſt ars:quę ea dirigat:ſicut ſupꝛa oſtendit ph̄s: qꝛ con tingebat perſuadere a caſu:⁊ a cōſuetudine.Oſtēdit ꝙ cō tingebat ipſa per artem dirigere.hoc eſt ergo qd̄ ait:qꝛ ac/cidit ſępe laudare cū ſtudio ⁊ ſine ſtudio:non ſolū hōiem aut deū:vt intellectualia:aut irrōnalia: ſed inanimata ⁊ vnumquodqȝ alioꝛū animalium: ideo neceſſaria eſt ars de tali negocio:ideo ſubdit: ꝙ eodem modo ſicut accepi/mus pꝛopoſitiones de deliberatiuo:accipiendę etiā ſunt pꝛopoſitiones de hoc.i.de exclamatiuo.Et dat modū qua liter intendit de hoc determinare dicens:dicamus de his: quę pertinent ad tale negocium:ꝗtū permittit gratia exē pli:hoc etiā figuraliter ⁊ ſuperficialiter:ſiue ſūmatim:vt habet alia littera:qꝛ nec ſpectat ad rhetoꝛem exquiſite: ⁊ per cauſam incedere. ⁋Deinde cum dicit.

⁋Honeſtum quidem igitur eſt quodcūqȝ pꝛo pter ſe exiſtens laudabile eſt:aut quodcūqȝ bo num exiſtens delectabile eſt:qꝛ bonum. Si au tem hoc honeſtum ē neceſſe virtutem eē hone ſtum:bonum enim exiſtens laudabile eſt.

⁋Exequitur de intento.⁋ Circa quod notandū:ꝙ ſicut in deliberatiuo negocio ph̄s docuit nos cognoſcere conſi/liabilia:de quibus deliberamus:⁊ fines per quos exhoꝛta/mur:⁊ poſtmodū ꝓpoſitiones ⁊ ęlementa tam de fine de liberatiui ꝗ de his:quę fini annectuntur:ſic hic pꝛius do/cet nos cognoſcere qd ſit honeſtū:⁊ ſilr̄ q̄ ſunt ptinētia ad honeſtatē:circa q̄ fiunt laudes ⁊ vitupia.Sc̄do docet nos foꝛmare ꝓpoſitiōes ⁊ ęlā taȝ de laude ⁊ vitupio ꝗ de his annexis.Sc̄a ibi.(Qm̄ āt ſigna ⁊ talia.⁋Circa pͥm duo facit:qꝛ p̄ diffinit qd eſt honeſtū:qꝛ v̄tus ⁊ ptes v̄tutis:⁊ ea quę hn̄t oꝛdinē ad virtutē ⁊ honeſtatē ptinere:manifeſtat q̄ ſunt talia.Sc̄a ibi.(Virtus aūt eſt).In diffiniēdo ho neſtū ponit duplicē deſcriptionē eius dicēs:ꝙ honeſtū eſt quocūqȝ pꝛopter ſe eligibile laudabile exiſtens. ⁋Secū da talis.Quia honeſtum eſt quodcunqȝ exiſtens bonum eſt delectabile:quia bonum: ſi hoc eſt honeſtum: vt diffi/nitum eſt:neceſſe eſt eſſe virtutem quid honeſtum.cū vir tus ſit exiſtens bonum ⁊ laudabile.⁋Ad intelligentiam dictoꝛum notandum:ꝙ honeſtum dupliciter poteſt acci/pi.p° ſm ſe.2° ꝑ ꝯparationē ad nos.Sc̄o: ſe acceptū hōe/ſtū ē pp ſe eligibile:qꝛ nihil ē honeſtū ꝑ ſe:qd̄ nō habet in ſe vnde eligatur.Sed ſi honeſtū comparetur ad nos: vel ad eos: quos habet delectare: ſic honeſtum eſt bonum

ſinducens delectationem: qꝛ bonum ſm ſe: nam mala ſm ſe non ſunt delectabilia. Sed ſi aliquis delectatur in eis: hoc eſt: qꝛ aliquis habens appetitum corruptiuum male cõformatur: qꝛ qualis vnuſquiſqꝫ eſt: talis ſibi finis videtur. Honeſta aũt de ſe ſũt talia .i. delectabilia: ꝓp qđ appa ret ſufficientia diffõnum aſſignatarũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Virtus autem eſt quedam potentia vt videtur acquiſitiua bonorum: ⁊ ſeruatiua. Et potentia benefactiua multorum: ⁊ magnorum: ⁊ omnium circa omnia.

¶ Oſtendit quid ſit virtus: ⁊ quid partes eius: ⁊ quę habẽt ordinem ad virtutem. Ideo tria facit. Secũda ibi. (Partes aũt virtutis). Tertia ibi. (De alijs aũt difficile). Dicit ergo primo: ꝙ virtus eſt quędã potentia: quę vt videtur .i. manifeſte eſt acqſitiua bonorum ⁊ ꝯſeruatiua: qꝛ per virtutẽ acqrimus honorẽ ⁊ gloriam: ⁊ multa bona. ⁊ eſt etiaꝫ virtus potentia benefactiua multoꝝ ⁊ magnoꝝ q̃tuꝫ ad opera eius: qꝛ virtus ſemꝑ eſt circa arduum ⁊ difficile: ita ꝙ hęc virtus eſt circa hęc magna: illa vero circa illa. Virtus autem omnium .i. virtus ſimpliciter ſumpta eſt circa omnia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Partes autẽ virtutis: iuſtitia: fortitudo: tẽperantia: magnificẽtia: magnanimitas: liberalitas: manſuetudo: prudentia: ⁊ ſapientia.

¶ Determinat de partibus virtutis. Et tria facit: qꝛ primo diſtinguit partes virtutis. Secundo comparat eas adinuicem. Tertio diffinit vel notificat vnamquanqꝫ illarũ partium. Secunda ibi. (Neceſſe autem maximas). Tertia ibi. (Adhuc aũt iuſtitia). Dicit ergo primo: ꝙ ꝑtes virtutis ſunt iuſtitia: fortitudo: ⁊ temperantia q̃tum ad vꝛtutes morales: cardinales: magnificentia: magnanimitas: liberalitas: manſuetudo q̃tum ad virtutes aliquas morales: prudentia: ⁊ ſapientia q̃tũ ad intellũales. ¶ Deide.

¶ Neceſſe autem maximas eſſe virtutes eas: q̃ alijs honoratiſſime: ſiquidem eſt virtus potẽtia benefactiua: ꝓpter hoc fortes ⁊ iuſtos maxime honorant: hec quidẽ eniꝫ in bello: hec autem ⁊ in bello ⁊ in pace vtilis ipſis. Deinde liberalitas: emittunt. n. ⁊ non alterãtur de pecunijs: maxime quas appetunt alij.

¶ Comparat huiuſmodi virtutes adinuicem. Nam ſi virtutes ſunt honeſtę ⁊ honorabiles: q̃to ſunt magis honorabiles: tanto ſunt maiores virtutes: propter qđ neceſſe eſt maximas virtutes eſſe eas: quę ſunt honorabiliſſimę alijs virtutibus: qꝛ ſi virtus eſt potentia benefactiua: ⁊ ex beneficijs quis honoratur: oportet eſſe proportionem virtutis adinuicem ſm ꝙ ſunt magis ⁊ minus honorabiles: ideo ſubdit: ꝙ fortes ⁊ iuſtos maxime homines honorant: qꝛ ſi hoc .ſ. fortitudo eſt vtilis ⁊ benefactiua in bello. hęc aũt .ſ. iuſtitia eſt vtilis ipſis ciuibus i pace ⁊ bello. Deinde autem poſt dictas virtutes eſt honorabilis liberalitas: quaꝫ aliqui maxime appetunt. Videntur ergo hę tres virtutes quodãmodo alias morales excellere: quia magis benefactiuę. ¶ Aduertendum tamen: ꝙ ab hac cõmendatione non excluditur magnificentia: cum magnificus ſit maxime pecuniarum emiſſiuus: nec excludit̃ magnanimitas cũ operet̃ magnuꝫ circa ſingulas virtutes. ¶ Deinde ⁊c̃.

¶ Adhuc autem iuſtitia quideꝫ eſt virtus: ꝓp quam que ſua ſinguli habẽt vt lex ꝑcipit. In iuſtitia autẽ: ꝓp quã aliena: nõ vt lex ꝑcipit. Fortitudo aũt: ꝓpter quaꝫ actiui ſunt bonorũ operum in periculis: vt lex precepit: ⁊ obſequentes legi. Timiditas aũt contrarium. Temꝑantia eſt virtus: propter quã ad delectatiões corporis ita ſe habent: vt lex precipit. In continentia autem contrarium.

¶ Notificat huiuſmodi partes virtutum. Et duo facit: qꝛ primo notificat virtutes morales. Secũdo itellectuales. Secunda ibi. (Prudentia autem eſt). ¶ Circa primum duo facit: quia primo notificat virtutes: quę cõmuni noie dicuntur cardinales. Secundo notificat alias. Secunda ibi. (Liberalitas autem). ¶ Circa primum tria facit ſꝫ ꝙ virtutes morales cardinales tres ſunt: quia primo notificat quid eſt iuſtitia ⁊ eius oppoſitum. Secundo quid fortitudo. Secunda ibi. (Fortitudo autem). Tertia ibi. (Temperantia autem). Dicit ergo primo: ꝙ adhuc preter ea: quę diximus de iuſtitia: notificemus ipaꝫ: ideo ait: ꝙ iuſtitia eſt virtus: propter quaꝫ ſinguli habent quę ſua ſunt: vt lex precipit. Iniuſtitia autem eſt eius oppoſitum: propter quod habentur aliena: nõ vt lex dicit. Poſtea notificat fortitudinem: que eſt virtus: propter quam in periculis homines ſunt actiui bonorum operum: vt lex precipit: ⁊ propter eã ciues ſunt obſequentes ⁊ obedientes legi. Timiditas aũt eſt cõtrariũ eius. Poſtea notificat tẽperantiam dicens: ꝙ temperantia eſt virtus: ꝓpter quaꝫ hoies ita ſe habent ad delectatiões corporis vt lex ꝑcipit. In cõtinentia aũt eſt ꝯ̃rium eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Liberalitas autem circa pecunias benefactiua. Illiberalitas autem contrarium. Magnanimitas aũt virtus factiua magnorum beneficiorum. Puſillanimitas aũt contrariuꝫ. Magnificẽtia autem virtus in expenſis magnitudinis factiua. Puſillanimitas autem ⁊ paruificentia contrarium.

¶ Notificat virtutes morales nõ cardinales. Et tria facit ſꝫ ꝙ ſunt tres hꝰ virtutes: q̃s notificat: qꝛ p̊ notificat liberalitatẽ ⁊ eius oppoſitũ. Scđo magnanimitatẽ: ⁊ eiꝰ oppoſitũ. Scđa ibi. (Magnanimitas aũt). Tertia ibi. (Magnificẽtia aũt). ſnia ꝑtiũ pꝫ legendo lr̃am. ¶ Deide. co.

¶ Prudentia autem eſt virtus intellectiua: ſm quam bene conſiliari poſſunt de bonis ⁊ optimis dictis ad felicitatem: ⁊ de virtute quidem igitur ⁊̃ malicia vniuerſaliter: ⁊ de partibus dictum eſt ſm preſens tempus ſufficienter.

¶ Notificat quid eſt prudentia dicens. ꝙ eſt virtus intellectus .i. intellectualis: ſm quam homines poſſunt bñ conſiliari de his: quę dicuntur optima: ⁊ bona ad fęlicitatem. Epilogat autem dicens: ꝙ de virtute ⁊ de malicia vniuerſaliter: ⁊ de partibus eius dictum eſt ſm ꝙ pręſens tẽpus ſufficienter habet .i. q̃tũ ſpectat ad pñs negociũ. ¶ Dein.

¶ De alijs non difficile videre. Manifeſtum enim: ꝙ neceſſe factiua virtutis eẽ bona: ad virtutẽ enim: ⁊ que a virtute fiunt: talia aut ſigna virtutis ⁊ opera.

¶ Poſtq̃ determinauit de virtute ⁊ partibus eius. hic determinat de his: quę habent aliquem ordineꝫ ad ipꝫ. Hęc autem ad tria genera reducunt̃: quia quędam ſunt cauſę virtutis ⁊ factiua eius: vt opera quę virtutem pręcedunt: quędaꝫ quę ſunt effectus virtutis: ⁊ opera eius vt actiões

⁊ opera

⁊ opera eius: vt ipſam ſequuntur: quędam autem ſunt ſigna virtutis: vt delectationes ⁊ talia: q2 ſignum generati habitus eſt delectationem ⁊ triſtitiam fieri in opere. Hęc autem omnia de leui manifeſtantur: ſi ſciuerimus: quę ē virtus: ⁊ quę partes eius: ideo ait: ꝙ de alijs. i. de his: quę habent ordinem ad virtutem: non difficile eſt videre: qa eſt neceſſe factiua virtutis eſſe bona: quia talia habēt ordinem ad virtutem ſicut cauſę: ⁊ neceſſe eſt etiā ſigna ⁊ opa virtutis: quę ſunt a virtute etiam eſſe bona.

Quoniam autem ſigna: ⁊ talia que cūq3 ſunt bona opera: aut paſſiones honeſte: neceſſe quecūq3 fortitudine: opera autem ſigna fortitudinis: aut fortiter acta bona eē: ⁊ iuſta: ⁊ iuſte acta: paſſiones autem non. In ſola enim hac virtutum non ſemper: qđ iuſte honeſtu3 eſt: quin potius damnificari turpe qđ iuſte magis q̄ꝫ qđ iniuſte: ⁊ ꝼm alias virtutes eodem modo.

℃ Superius notificauit plures: quę ſunt laudabilia: ſiue oñdit quid eſt honeſtum: ⁊ quid virtus ⁊ partes eius. Hic autem docet ſumere propoſitiones ⁊ elementa circa talia: ⁊ circa eius annexa: ideo duo facit: q2 p̄mo ponit propoſitiones circa ipſa laudabilia. Secundo circa annexa eius. Secunda ibi. (Et in quibus honorum). ℃ Circa primū duo facit ꝼm ꝙ ponit duas tales propoſitiones. Secunda ibi. (Et in quibus). ℃ Prima cōſideratio talis eſt. Oz ſigna virtutum: ⁊ quęcunq3 talia ad virtutem ordinātur: vt ad bona opera ⁊ paſſiones honeſta ſunt laudabilia. Et q2 vniuerſaliter q̄ habent ordinem ad virtutem laudabilia ſūt. ideo neceſſe eſt: ꝙ quęcunq3 ſunt opera fortitudinis: ⁊ fortiter acta bona eſſe ⁊ iuſta: ⁊ iuſte acta ita bona eſſe. Refert tria de iuſtitia ⁊ de alijs: quia paſſiones iuſtę non ſunt bonę: q2 in ſola hac virtutum vt in iuſtitia non ſemper qđ iuſte ſit: honeſtum eſt vel pulchrum. Nam potius eſt turpe damnificari ⁊ ſuſtinere pęnam iuſte q̄ꝫ iniuſte. Et ꝫ alias virtutes eo modo dicendum eſt: q2 quę habent ordinē ad eas laudabilia ⁊ honeſta ſunt. ℃ Ad intelligentia3 dictorum notandum: ꝙ eſt hic quędā vniuerſalis propoſitio: ꝙ quia virtus eſt honeſta ⁊ laudabilis: quicquid hab3 ordinem ad virtutem: vel quicquid eſt etiam virtuoſum eſt etiam laudabile ⁊ honeſtum: ⁊ etiam ſi accipitur ꝓpoſitio vt debet in nullo habet inſtantiam: tñ videtur quandā apparentiam habere inſtantia in iuſtitia: quia iuſtum eſt aliqñ aliquē ſuſpendi: ſuſpenſio tñ nō eſt pulchra: neq3 honeſta: imo adeo videtur vituperabile eſſe alicui: ſi ſuſpenderet̄ iniuſte: ſicut ſi ſuſpenderet̄ iuſte. nā ſi ſuſpenſio iniuſta pulchra: ⁊ honeſta eſſe poteſt. ℃ Aduertendum ergo ꝙ ſi virtuoſa debent eſſe pulchra ⁊ honeſta: ſunt talia ꝓut habent ordinem ad eum: in quo eſt virtus. Et quia in eo qui iniuſte ſuſpenditur: non eſt iuſtitia: ſed iniuſtitia: ideo accidit: ꝙ ſi eſt iuſtum. ſcđm ꝙ iuſtu3 eſſet turpe hic: ſi qđ iuſtum dicitur per comparationem ad illum: in quo eſt iuſtitia: ſemper eſt pulchrum ⁊ bonum: ideo ſuſpenſio eſt latronis iuſta: licet per comparationem ad ipſum ſit turpis: quia in eo eſt iniuſtitia: per comparationem ad iudicem: in quo iuſtitia eſt: talem ſententiam dando: eſt honeſta et pulchra. ℃ Deinde cum dicit.

℃ Et in quibus prima horum honeſtas.

℃ Ponit aliam conſiderationem: quia illa ſunt laudabilia: in quibus ſunt pręmia ⁊ honor: vel ex qbus talia ꝯſurgunt: q2 in eis h3 eſſe honeſtas. ℃ Deinde cū dicit.

℃ Et in qbus honor magis q̄ꝫ pecunie. Et quecunq3 non ſui gratia agit quis eligibilium. Et que ſimpliciter bona quecunq3 pro pria quis fecit negligens ſuum.

℃ Poſtq̄ꝫ poſuit cōſiderationes de laudabilibus: ponit cōſiderationes de annexis: vt autem ſuperius dicebat̄: duo ſunt annexa cuilibet negocio. ſ. maius ⁊ minus: poſſibile ⁊ impoſſibile. Ideo duo facit: quia primo ponit cōſiderationes de maiori ⁊ minori. Secūdo de poſſibili ⁊ impoſſibili. Secunda ibi. (Sumendum autem ⁊ propinqua exiſtētibus). ℃ Circa primu3 quatuor facit: q2 primo venatur conſiderationes de maiori ⁊ minori laudabili per comparationem ad ea: quę ſequimur ex operibus noſtris: p quę meremur laudem. Secundo facit hoc per comparationē ad ipſum bonum ꝼm ſe. Tertio per comparationē ad verecundia3: quę opponitur bono. Quarto per cōparationē ad memoriam: quę conſurgit ex magnitudine boni. Secunda ibi. (Et quę non bono). Tertia ibi. (Et contraria autem in quibus. Quarta ibi. (Et memorabilia). ℃ Circa primum ponit tres conſiderationes habentes ſe per ordinem. Secunda ibi. (Et quęcunq3 non ſui). Tertia ibi. (Et quę bona ſimpliciter). ℃ Prima conſideratio talis. Ea in quibus acquiritur honor ſūt magis laudabilia: qm̄ non aquiruntur pecunię. Eſt enim honor inter omnia bona exteriora maius: ⁊ ideo magis laudabile. ℃ Secunda ratio. Quęcūq3 de numero eligibilium agit quis: non ſui gratia ſūt magis laudabilia q̄ꝫ quę agit gratia ſui. Hęc autem conſideratio ſequitur ex prima: q2 in talibus ē magis honor. ℃ Tertia talis. Omnia bona ſimpliciter: quę quis fecit pro patria negligens qđ ſuum. i. negligens proprium cōmodum ſunt magis laudabilia: qm̄ alia ratio huius ēt ex dictis p3: q2 in talibus h3 eē magis honor. ℃ Deiñ ⁊c.

℃ Et que natura bona: ⁊ que non ipſi bona. ipſius enim gratia talia. Et quecunq3 mortuo contingit ineſſe magis q̄ꝫ viuenti. Quod enim non ſui gratia magis habent q̄ viuentia. Et q̄cunq3 opera aliorum gratia: minus. n. ſui. Et quecūq3 bone actiones circa alios: ſed non circa ſe ⁊ circa eos: qui benefecerunt. Juſta. n. ⁊ beneficētia: non enim ad ſeipſum.

℃ Docet nos cognoſcere magis laudabilia ex ipſo bono ꝫ ſe: ſiue ex ipſa natura boni. Et ponit quinq3 conſiderationes ſe habentes per ordinem. Secunda ibi. (Et quę nō ipſi). Tertia ibi. (Et quęcunq3 mortuo). Quarta ibi. (Et q̄cunq3 opera). Quinta ibi. (Et quęcunq3 bone actiones). ℃ Prima conſideratio talis. Quecunq3 ſunt natura ⁊ ꝫ ſe bona ſunt magis laudabilia. Et eſt ratio: q2 in omni genere: quod eſt ſecundum ſe tale: eſt magis tale. ℃ Secunda talis. Quę non ſunt bona ipſi ideſt bona ſimpliciter ſūt magis bona. Et ſubdit cauſam: quia talia. i. bona ꝼm quid ſunt bona gratia ipſius. i. gratia deſiderantis ipſa. Eſt enim iſte modus: ꝙ bona iſti vel illi ſunt bona ꝫ quid. ergo ab oppoſitis bonum ꝼm ſe: ſiue bonum non iſti aut illi: ē bonum ſimpliciter: quod excedit bonum ꝼm quid. Hęc aūt conſideratio ſequitur ex prima: q2 bona ſimplr̄ ſunt bona ꝼm nām. ℃ Tertia talis. Bona quę ꝯtingit in eē mortuo ſunt magis laudabilia q̄ꝫ q̄ ꝯtingit in eſſe viuēti. Nō eni3 laudamus mortuos ꝫ ꝙ bona iſti vel illi: q2 mortui ꝫ vitā politicā nō remanēt niſi i memoria bonu3: iō talia bōa nō pñt ei cōpetere: ſ3 laudamus mortuos ꝼm bōa ſimplr̄: ideo ait: ꝙ bona: quę ſunt ſui grā. i. bona iſti vel illi magis habent: quę ſunt viuentia. Nam cum talia ſint in rerum

BIBLIOTECA UNIVERSITAT GRAN

natura ꝓpter corruptionē appetitus aliqua ſunt bona eis: que non ſunt bona ſimplr̄: ex quo apparet hanc tertiā cōſiderationē ſequi ex ſecūda. ¶ Quarta talis. Quecūqꝫ fiūt gr̄a aliorum ſunt magis laudabilia. ⁊ ſubdit cām: qꝛ talia ſunt minus gratia ſui: ꝓpter qd̄ hec quarta ꝯſideratio ſequitur ex tertia: vel ex ſecūda. ¶ Quīta ꝯſideratio ſeqtur ex quarta. Nā cū amicus ſit alter ipſe ⁊ benefactor vr̄ habere rōnem amici: bone actiones: q̄ fiunt circa alios: ⁊ circa extraneos ſunt magis laudabiles q̄ꝫ ille: que fiunt circa ſe ipſos: ⁊ circa eos: q benefecerunt: qꝛ benefactores noſtri ⁊ amici ſunt quaſi alteri nos: ideo ſubdit: ꝙ bn̄ficentia iuſta ⁊ laudabilis non eſt ad ſeipſum. ¶ Ad intelligentiam dictoꝝ notandū: qꝛ rhetor arguit ꝑſuaſibiliter: ⁊ ex quibuſdaꝫ quibus pōt vnaꝫ ⁊ eandē maximā accipere: ac ſi eſſent due maxime: in quā reducit eā i diuerſas cās ꝑſuaſiuas: vt opari non gr̄a ſui: ſed alterius pōt eſſe vna ꝯſideratio: qd̄ oſtēdit ſic: qa magis laudabile ē: inq̄ꝫtū ꝑ h̄ ꝯſurgit maior honor. Et pōt eē ꝯſideratio alia inq̄ꝫtum iſtud eſt bonū ſimpliciter: aliud aūt eſt bonū huic vel illi. Propter qd̄ non ē mirandū: ſi eandem ꝯſiderationē vr̄ phs ponere pluries: qꝛ nō ponit eā pluries: niſi reducat̄ in plures cās perſuaſiuas. ¶ Iteꝝ notandū: ꝙ qꝛ rhetoris nō eſt demōſtrare h̄ ſed ſm̄ quēdam modū ſuꝑficialē incedere: ſufficit ꝓpoſitionē habere q̄ꝫdam apparentiā ad hoc: ꝙ cōſideratio ſit rhetorica: ⁊ benefacere extraneis vr̄ opus magis liberale q̄ꝫ bn̄facere benefactoribus: cū magis teneamur iſtis q̄ꝫ illis. Cū ergo liberalius videat̄ laudabilius: bona ē iſta ꝯſideratio rhetorica: ꝙ benefacere extraneis eſt laudabilius q̄ꝫ bn̄facere nobis ⁊ ꝓpinquis ſiue bn̄factoribus: dato ꝙ h̄ non ſit veꝝ ſimpliciter. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et cōtraria: in quibus verecūdant̄. Turpia enim verecundantur: ⁊ dicentes: ⁊ facientes: ⁊ facturi. Quemadmoduꝫ Sapho fecit dicēte Alceo. Volo aliqd dicere: ſed ꝓhibet me verecundia: verecūdie bonorum deſiderabile: ⁊ ne quid diceret̄ malū: lingua turbabatur verecūdia: qꝛ nō hꝫ oculos. Sed dicis clamādo de ꝓprio iuſto. Et de quibus agonizant nō timētes. de his. n. que ad gloriam fere bonoruꝫ hec patiuntur. Et natura magis ſtudioſorū: virtutes magis hōeſte ⁊ opa: puta viri q̄ꝫ mulieris. Et que fruitiue alijs magis q̄ꝫ ſibi. Propter quod iuſtū ⁊ iuſtitia honeſtū puniri magis ⁊ non cōmutari. Retribuere. n. iuſtum. iuſtum aūt honeſtū. Et virile etiaꝫ vinci: ⁊ victoria: ⁊ honor honeſtorum: eligibilia. n. cū ſint infructuoſa ⁊ excellentia virtutis inſinuant.

¶ Venatur conſideratiōes ſumptas ex ꝯ̄rio boni: ſiue ex verecundia: q̄ vr̄ hr̄e aliq̄ꝫ oppoſitionē ad bonū. Et ponit ſex ꝯſiderationes ſe hn̄tes ꝑ ordinē. Scḋa ibi. (Et de qb⁹ agoniçant). Tertia ibi. (Et nā magis). Quarta ibi. (Et q̄ fruitiue). Quinta ibi. (Et hoſtes puniri). Sexta ibi. (Et virile nō vinci). ¶ Prima ꝯſideratio ꝯ̄ria malis: vl̄ ꝯ̄ria eis: i qb⁹ hoīes verecūdant̄ ſūt magis laudabilia. Et ſubdit cām: qꝛ dicentes ⁊ facientes: ⁊ facturi turpia verecūdātur. Et ſi de turpi eſt verecūdia. g̊ de oppoſito erit laus. Et ponit exemplū de altero dicente. i. recitante ⁊ referēte qd̄ Sapho dicebat. Dicebat. n. Sapho. Volo aliqd dicere: ſꝫ ꝓhibet me verecūdia. nā verecūdie ſunt de genere bonorum: ⁊ ſunt quid deſiderabile: qꝛ per verecūdiaꝫ vitamus malum: ideo ſubdit: ne diceret̄ quid malū: trahebatur lingua ꝓpter verecūdiam. Nā homo verecūdus dr̄ non hr̄e oculos: qꝛ non poteſt eos eleuare ad malefaciēduꝫ verecundia ꝯfuſus: ſed de ꝓprio iuſto: ſiue de bono non eſt verecundia: iō talia: que de ſe verecūdia carēt laudabiliora ſunt. ¶ Scḋa talis. Illa ſunt laudabiliora: de qbus hoīes non timentes agoniçant. Et ſubdit cām: qꝛ hoīes patiūtur hoc ſolum de his: que ſunt de numero bonoꝝ: q̄ bona ſunt ad gloriā ⁊ ad laudē: qꝛ cōiter nunq̄ꝫ hoīes manifeſte pugnant ad obtinendum aliquid: pro quo debeant verecūdari: ꝓpter quod apparet hanc conſiderationem ſequi ex prima. ¶ Tertia cōſideratio talis. Opera ⁊ virtutes magis ſtudioſoꝝ natura. i. melioꝝ naturalr̄ ſunt magis honeſte ⁊ laudabiliores: vtputa: qꝛ viri naturaliter ſunt meliores q̄ꝫ mulieres: opera ⁊ virtutes viroruꝫ ſunt meliora q̄ꝫ mulierum. Hec enim conſideratio ſequit̄ ex dictis: ꝙ minus verecundamur: eo ꝙ facimus opera meliora q̄ꝫ aliorum. ¶ Quarta talis. Res que ſūt fruitiue alijs ſūt magis laudabiles: q̄ꝫ que ſunt fruitiue ſibi: ideo iuſtū ⁊ iuſtitia ſunt magis honeſtū ⁊ magis laudabile q̄ꝫ ꝯ̄ria: qꝛ iniuſtus querit fruitiua ſibi. i. ea: de qbus ipſe habeat fructuꝫ. ideo nollet: ꝙ alius haberet fructū niſi ipſe: ſed per iuſtitiā: quilibet poſſideret qd̄ ſuuꝫ eſt: vult quis filios habere fruitiue de ſuis rebus: hec etiam conſideratio ſequitur ex dictis: q in talibus minor verecundia. ¶ Quinta talis. Puniri hoſtes eſt magis laudabile q̄ꝫ cōmutari: qꝛ qs dꝫ facere vindictam de inimico: ⁊ non dꝫ facere ꝙ redimatur. vn̄ ſubdit cām huius: ꝙ retribuere vindictam in hoſtibus eſt iuſtum. Et qꝛ iuſtum eſt honeſtum ⁊ laudabile: vt dictū eſt ideo talia laudabiliora ſunt. ex quo apparet hanc quintam maximam ſequi ex quarta. ¶ Sexta talis. Qꝛ virile: ſiue ſe habere viriliter non permittēdo ſe vinci eſt magis laudabile: qꝛ victoria ⁊ honor ſunt de genere honeſtoꝝ ⁊ laudabilium: ⁊ ſubdit: ꝙ talia ſunt magis eligibilia: quia cum ſint infructuoſa inſinuant excellentiam virtutis: ⁊ iō maxime laudabilia. Ex quo apparet etiam hanc maximam ſequi ex dictis: qꝛ non fructifera: vt oſtenſum eſt: laudabiliora ſunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et memorabilia ⁊ magis que magis: ⁊ que non viuenti aſſequūtur: ⁊ honor aſſequet̄: ⁊ ſuperflua: ⁊ que ſoli exiſtūt magis honeſta: facile memorabiliora. n. ⁊ poſſeſſa ifructuoſa: liberaliora enim. Et que apud ſingula ſingularia honeſta: ⁊ quecūqꝫ ſigna ſunt eoꝝ: q̄ apud ſingulos laudantur: puta in Lacedemonia comam ferre honeſte: liberi enim ſignum. Non enim eſt facile comatum facere nullum opus vile: ⁊ nullaꝫ arteꝫ mannuaſam operari: liberi enim non ad aliud viuere.

¶ Venatur quinqꝫ cōſiderationes ſumptas ex memoria que conſurgit ex magnitudine bonitatis: qꝛ q̄ꝫto aliq̄ maiora ſunt: tanto magis habentur in memoriam: circa hanc partem duo facit: qꝛ primo premittit conſiderationem: q memorabilia ſunt magis laudabilia: ⁊ magis memorabilia: que magis laudabilia. Secundo venatur cōſiderationes alias: que ſequuntur ex iſta. Scḋa ibi. (Et que nō viuenti). Conſiderationes autem he ſunt ſex: ideo ſex facit. Scḋa pars ibi. (Et que ſuperflua). Tertia ibi. (Et que ſoli.) Quarta ibi. (Et poſſeſſa). Quinta ibi. (Que apud.) Sexta ibi. (Et quecunqꝫ ſigna). ¶ Prima conſideratio talis. Bona que ſequuntur non viuenti: ſiue bonū maius vt habet alia littera: qꝛ non viuenti aſſequitur maius bonum huius

num huius.ſcʒ maius bonū eſt magis laudabile:qꝛ ſi ma
ius bonū ē:⁊ honoꝛ aſſequit̄ ſupple maioꝛ.¶ Scđa talis.
Et que ſunt ſuperflua:vtputa bona pręter neceſſitatē vitę
ſunt magis laudabilia.¶ Tertia talis.Quę ſoli exiſtunt
ſunt magis honeſta:qꝛ magis faciunt ad ſtatuʒ honoꝛis.
vnde ſunt magis laudabilia.Et ſubdit cauſam dictoꝛuʒ:
qꝛ talia ſunt facile memoꝛabilia alijs:qꝛ de facili plus ha
bent̄ in memoꝛia q̄ʒ alia.Ex quo vult habere:ꝙ ꝯſidera-
tiones iſtę:quę magis ſūt in memoꝛia:laudabilioꝛes ſūt.
¶ Quarta talis.Qꝛ poſſeſſa ⁊ fructuoſa ſunt magis lau-
dabilia.⁊ ſubdit cām:qꝛ talia liberalioꝛa ſunt. Naʒ vt ſu
pꝛa habitū fuit:vtilia ſunt fructifera:infructuoſa aūt ſiue
nō fruibilia ſunt liberalia.Poſſet hęc conſideratio redu-
ci in cōſideratione de memoꝛia:qꝛ bona liberalioꝛa ſunt
magis admiratiōe digna:⁊ ita memoꝛabilioꝛa. ¶ Quin
ta cōſideratio eſt.Qꝛ apud ſingulos ſunt ſingularia hone
ſta:ſiue ſingularia bona.i.magis verecunda ſunt magis
memoꝛabilia. ¶ Ultima cōſideratio talis eſt. Quęcūq̄ʒ
ſunt ſigna eoꝝ:quę apud ſingulos laudantur:ſunt magis
laudabilioꝛa q̄ʒ magis veneranda:⁊ magis digna memo-
ria.Et poſt exēplū dicēs:puta in Lacedęmonia comā fer
re honeſte:eſt laudabile multū:erat eni apud illos comaʒ
honeſte ferre ſignū rei laudabilis:vt ſignuʒ libertatis.iō
addit ꝙ nō eſt facile comatū facere aliqđ opus vile:ſiue
aliquod opus mercenariū:vt habēt alij:nec ē facile hui9
comatū operari vllā artē mannuaſam:hoc eſt arteʒ mer-
cenariā:quia liberi nō eſt viuere ad aliū.Jdeo artes viles
talibus non competunt.

SUmendum ⁊ pꝛopinqua exiſten
tibus tanq̄ʒ hec exiſtentia ad lau-
dem ⁊ vituperium:puta pudicuʒ:
⁊ qui bone frigiditatis timidum:
⁊ inſidiatoꝛem:⁊ miſerum dul-
cem autē:qui dolenda non ſentit:manſuetuʒ:
Et vnūqđq̄ʒ aūt ex aſſequētibus ſemꝑ ſʒ opti
mum:puta iracundum ⁊ inanimatū ſimplicē:
⁊ elatum magis docentem:⁊ reuerendum.

¶ Poſtq̄ʒ phs dedit artem de maioꝛi ⁊ minoꝛi:qđ eſt vnū
annexū laudi:⁊ docuit nos cognoſcere magis laudabile.
Hic vult dare artē de poſſi ⁊ impoſſi:⁊ vult nos docere poſſi
bilitatē ad laudandū.¶ Pꝛopter ꝙ notandū:ꝙ ſic poſſi
bilitas reſpectu deliberatiui negotij accipiebat̄ ex ipſis ci
uilitatibus:⁊ moꝛibus:⁊ legibus ciuiū:qꝛ per hoc habem9
viam ad bene perſuadēdū in conſilijs:⁊ hmōi perſuaſio
reddebat̄ nobis facilis ⁊ poſſibilis:ſic poſſibilitas reſpe-
ctu laudis ſumit̄ ex conditionibus eoꝝ:quę ſunt in hoīe
laudādo:vt ſciamus reducere ad laudāduʒ:quę non ſunt
ſimplr̄ laudabilia:qꝛ ex hoc habebimus viaʒ ⁊ facilitatē
ad laudādū:⁊ laudatio erit nobis magis poſſibilis:⁊ quę
pꝛędicabimus de hoīe:quē laudare volumus:poſſibilioꝛa
videbunt̄.Jn hoc aūt caplo duo facit:qꝛ pmo dat poſſibi
litatē ⁊ facilitatē ad laudes.Scđo ad augendum laudes.
Scđa ibi.(Petende aūt ex multis.)¶ Circa pmuʒ duo
facit.qꝛ pmo dat poſitatē ⁊ facilitatē ad laudāduʒ ex his
quę ſunt ꝓpinqua laudabilibus.Scđo facit hoc ex ipſis
opibus:quibus debet̄ laus.Scđa ibi.(Qm̄ aūt ex actio-
nibus laus.)¶ Circa pmū duo facit:qꝛ pmo pmittit intē
tionē ſuā.Scđo exequit̄ de intento.Scđa ibi.(Puta pu-
dicus.)¶ Dicit ergo:ꝙ ſi volumus hr̄e facilitatē ⁊ poſſi-
bilitatē ad laudādū ⁊ vituperādū:ſumenda eſt ꝓpinqua
exiſtentibus.i.debemus ſumere ꝓpinqua his:quę exiſtūt
laudabilia ⁊ vituperabilia tanq̄ʒ eſſent ad laudē ⁊ vitupe
riū.¶ Deinde cuʒ dicit.(Puta pudicū.)Exequit̄:⁊ duo
facit:qꝛ pmo exequit̄ de his:quę ſunt ꝓpinqua ſm ſe.Se
cundo exequit̄ de ꝓpinquis laudabilib9 per cōparationē
ad diuerſas regiones:⁊ diuerſa gn̄a hoīuʒ:⁊ diuerſas ciui-
tates.Scđa ibi.(Jntendere aūt opʒ.)¶ Circa pmū tria
facit:qꝛ ꝓpinqua laudabilib9:nō tn̄ ſimplr̄ laudabilia:tri
pliciter pn̄t diſtingui:qꝛ vel ſūt ſicut ꝓpinqua:qꝛ deficiūt
a laudabilibus:vel qꝛ aliquo mō aſſequunt̄ ea:vl̄ qꝛ ipoꝛ
tant ſuperexceſſum reſpectu ipſoꝝ:ideo tria facit:qꝛ pꝛi-
mo determinat de deficiētibus.ſcđo de aſſecutiuis.tertio
de excedētibus.Scđa ibi.(Et vnūqđq̄ʒ aūt.)Tertia ibi.
(Et eos qui exceſſibus.)Cōtinet̄ ſic pma ps.Bene dico:
ꝙ ſumenda ſunt ꝓpinqua laudabilibus tanq̄ʒ laudabilia
vtputa hominē bone frigiditatis ⁊ timidū:qꝛ talis nō de
leui eſt intēperatus:licʒ hoc nō agat ex electione:ſed ma-
gis ex cōplexione:qꝛ timidus:vel qꝛ timet male facere:de
bet tamē ipſuʒ laudare:tanq̄ʒ pudicū:⁊ caſtū.Et inſidiato-
rē:qꝛ nō palā iniuriatur alteri:⁊ miſerū qui timet iniuria
ri:debemus appellare dulcē:inſenſibileʒ aūt qui dolenda
nō ſentit:appellabimus manſuetū:⁊ vl̄r oēm deficienteʒ
a virtuoſo:ſi non valde ſenſibiliter deficiat tanq̄ʒ virtuo-
ſum laudare debemus. valde eniʒ eſſet difficile laudare
ſolū vere virtuoſos. ¶ Deinde cum dicit.(Unūquodq̄ʒ
autē.)Oſtendit hoc idē de aſſequētibus.ſemꝑ debemus
laudare ſm optimū:nā qꝛ ſimplicitatē videt̄ aſſequi ira:
qꝛ hoīes ſimplr̄ neſciunt cęlare irā ſuā:⁊ etiā aſſequit̄ ſim
plices quidā modus fatuitatis:qꝛ tales quādā fatuitateʒ
inſinuāt:eo ꝙ nō per cautelas incedunt:⁊ inania cū debe
mus vocare ſimplicē:elatū aūt ſuperbum vocemus:ma
gis detētū.i.magnanimū:⁊ ēt reuerēdū.¶ Deide cū dic.

¶ Et eos qui exceſſibus tanq̄ʒ in virtutibus exi
ſtentes:puta audacē foꝛtē:⁊ pꝛodigū liberalē
eteni videt̄ multis ſimulq̄ʒ paralogizatiuū:ex
cauſa.Si enim vbi non neceſſe periclitatiuus
multo magis vtiqʒ videbit̄ tibi honeſtuʒ:⁊ ſi
largitiuus quibuſcūqʒ ⁊ amicis:exceſſus eniʒ
virtutis omnes beneficiare.

¶ Oſtendit hoc idē de excedētib9 dicēs:ꝙ eos qui ſunt in
exceſſibus debemus laudare tanq̄ʒ exiſtētes in veritati-
bus:puta audacē debemus foꝛtē dicere:⁊ ꝓdigū liberalē.
Et ſubdit rōnē:qꝛ hoc videt̄ multis:ꝙ exn̄tes ſic in extre
mo ſunt in medio.Et dat cām quare videat̄ eis:cū ſubdit
ſimul paralogizatiuū etiā eſt ex cauſa:qꝛ ſimul cū hoc ꝙ
videtur multis:ratio eſt cā:quare illi paralogiçant̄:⁊ vide
antur hoc eis:qꝛ ſi aliqs vbi nō eſt:neceſſe ē periclitatiu9:
⁊ expectet opera foꝛtitudinis:mlto magis hoc videbitur
facere:ſi ibi videbit eſſe honeſtū:⁊ expediens talia fieri:⁊
qui eſt elargitiuus:quibuſcūq̄ʒ indifferēter:multo magis
bene faciet amicis:⁊ his quibus debʒ:nā oēs bn̄ficiare nū
cupant exceſſum virtutis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Jntendere aūt opʒ ⁊ apud quos laus:ſicut
enim Socrates dixit non difficile Atheniēſes
laudare:opʒ aūt ꝙ apud ſingulos honoꝛabile
tanq̄ʒ exiſtens dicere:puta apud Scitas:aut
apud Lacedemones:aut philoſophos.

¶ Oſtendit ſumere ꝓpinqua laudabilibus tanq̄ʒ laudabi
lia ꝑ cōparationē ad diuerſas ciuilitates:⁊ ad diuerſa ge-
nera hoīum ꝑꝑ qđ duo facit:qꝛ pmo facit hoc reſpectu di
uerſarū ciuitatū.Scđo ꝑ cōparationē ad diuerſa gn̄a ho-
minū.ibi.(Et quęcūqʒ.¶ Circa pmū duo facit:qꝛ pꝛimo
facit qđ dictū eſt.Scđo ex hoc cōcludit oē honorabile co

mendare quaſi honeſtū ⁊ laudabile ſm ſe. Scđa ibi.(Et totaliter honorabile.)¶ Propter p̄mū notādū: ꝙ mlta non ſunt laudabilia ſimplr̄: quę ſunt ꝓpinqua laudabilibus: qꝛ ſunt laudabilia apud aliquas gentes. nā nunq̄ȝ fama vino perditur: ideo ait intendere aut opꝫ apud quos laus. Sicut enī Socrates dicit: ꝙ nō eſt difficile Atheniēſes laudare inter Athenienſes: ſiquis ergo Athenis vellet laudare Athenienſes: qꝛ iter eos nō erat difficile: neqꝫ magnū ꝙ Athenienſes Atheniēſibus cōparati laudarentur: debent eos cōparare alijs ciuilitatibus: ⁊ vlr̄: qđ eſt honorabile apud ſingulos: opꝫ nos dicere: ⁊ ꝑficere tanq̄ȝ exn̄s vere honorabile: puta apud Scitas: aut apud Lacedęmones: aut apud ph̄os: qꝛ apud diuerſos diuerſa ſūt laudabilia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et totaliter aūt honorabile īferre inhoneſtū quoniam videtur vicinum eſſe.

¶ Concludit ꝙ vniuerſalr̄ honorabile ⁊ laudabile apud diuerſos debemus inferre in honeſtū: vel ad honeſtū. nā debemus de eo loqui: ac ſi eſſet honeſtū: non quia tale vr̄ eſſe vicinum honeſto. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quecūqꝫ ſm ꝯueniēs: vtputa dignitas progenitorū ⁊ anteceſſorū: beatū enī ⁊ honeſtum poſſediſſe honorem.

¶ Concupiſcentiaꝝ autem he quidem irrationabiles ſunt: he autē cum ratione. Dico auteꝫ cum irrationabiles q̄dē quaſcunqꝫ ꝯcupiſcūt: nō ex eo: qđ eſt extimare aliq̄d. Sūt aūt tales

queccũqꝫ dicitur eẽ natura: ſic que per corpus exiſtũt: vt que alimẽti: ſitis: ⁊ fames: ⁊ ſꝫ vnã quãqꝫ ſpẽm alimẽti ꝯcupiſcẽtia. Et q̃ circa guſtabilia: ⁊ circa venerea: ⁊ totalr̃ tangibilia: ⁊ circa olfatũ odoris: ⁊ auditũ: ⁊ viſuꝫ: cũ rõne aũt q̃uaſcunqꝫ experſuaſos eſſe. Multa. n. ⁊ vidiſſe ⁊ poſſediſſe concupiſcunt: qui audiere ⁊ perſuaſi fuerunt.

¶ Diuidit concupiſcentiam: ⁊ exponit membra diuiſionis dicens: ꝙ concupiſcentiarũ hę quidem ſunt irrationales rationi non obedientes. hę autem ſunt cum ratione: ⁊ exponit ſe dicens: ꝙ irrationales vocat quaſcunqꝫ concupiſcentias homines concupiſcunt: non ex eo: qđ eſt exiſtimare aliquid. i. quę fuerunt abſqꝫ pręmeditatione: vt hꝫ alia littera. Tales autẽ ſunt iſte concupiſcentię quęcunqꝫ dicuntur eſſe a natura: quę exiſtunt per corpus: vt cõcupiſcẽtia alimenti: ſitis: ⁊ fames: ⁊ concupiſcentia ſm vnãquãqꝫ ſpeciem alimenti: ⁊ quę circa guſtabilia: ⁊ circa venerea: ⁊ totaliter tangibilia: ⁊ circa olfatum boni odoris: ⁊ circa auditum: ⁊ circa viſum: omnia talia ſm ꝙ natura ſunt pertinent ad concupiſcentias irrationales. Concupiſcentię aũt cum ratione ſunt quaſcunqꝫ concupiſcunt homines exp̱ſuaſos eſſe. multa enim vidiſſe ⁊ poſſediſſe concupiſcunt homines: qui audierunt: ⁊ perſuaſi fuerũt. ¶ Deinde. c. d.

¶ Quũ autem ⁊ delectari in pati ſenſum alicuius paſſiõis: fantaſia aũt ẽ ſenſus qdã debilis: ⁊ vtiqꝫ memorãti ⁊ ſperãti cõſequeť fantaſia aliqua eius: qđ meminit: aut ſperat. Si ãt hic palã: q: ⁊ delectatiões magis memorantibus ⁊ ſperãtibus q̃ꝫ ⁊ ſenſus.

¶ Hic ponit conſideratões ex delectatione ſumpta ex parte apparente. Et tria facit. quia primo oſtendit memoriaꝫ ⁊ ſpem eſſe delectabilia: eo ꝙ faciunt fantaſiam ⁊ ſenſuꝫ. Secundo concludit delectabilia reduci quodãmodo ad tria genera. Tertio reddit ad oſtendenduꝫ quomodo memorabilia ⁊ ſperata delectationem inducunt. Secunda ibi. (Quare neceſſe omnia). Tertia ibi. (Memorabilia quidem). ¶ Dicit ergo primo: ꝙ delectari eſt ex eo: quod ſenſus patitur reſpectu alicuius paſſionis: quia ergo fantaſia circa memorata ⁊ ſperata eſt quidam ſenſus debilis: ⁊ ⁊ dicit debilis reſpectu fantaſię de pręſenti: quę eſt fortior ideo ſubdit: ꝙ memoranti ⁊ ſperanti conſequitur fantaſia aliqua. i. aliqualis đbilis eius: quod meminit ⁊ ſperat. Et ſi hoc ita ſe habet palam: quia delectationes magis. i. delectationes multę inſunt memorantibus ⁊ ſperãtibus: quoniam ⁊ ſenſus habet eſſe reſpectu talium. ¶ Aduertẽdum autem: ꝙ non eſt intentionis philoſophi dicere delectationes ſm memoriam ⁊ ſpem eſſe magis q̃ꝫ alias intẽſiue: ſed extenſiue: quia homo talibus delectationibus aliquando plus abundat. Unde alia littera vbi nos hẽmus delectationes magis ⁊c. habet ꝙ volũtates abundant penes memorantes ⁊ ſperantes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare neceſſe oĩa delectabilia eſſe: aut ĩ ſentiẽdo p̃ſentia: aut in memorãdo facta: aut ĩ ſperãdo futura. Sentiunť qdẽ. n. p̃ſentia: memorãtur aũt facta: ſperãt vero futura.

¶ Concludit omnino delectabilia reduci quodãmodo ad tria genera. ideo ait: ꝙ neceſſe eſt omnia aut eſſe delectabilia in ſentiendo pręſentia: aut in memorando facta: aut in ſperando futura: ſentiuntur quidem pręſentia: memorantur autem facta: ſperanť futura. ¶ Deinde cũ dič.

¶ Memorabilia qdẽ igiť delectabilia ſunt: nõ ſolũ queccũqꝫ in p̃ſenti qñ aderant delectabilia erãt: ſed q̃dã ⁊ nõ delectabilia: ſi ſit poſterius honeſtũ ⁊ bonũ: qđ poſt hoc: vnde ⁊ hoc dictũ eſt: ſed delectabile ſaluatũ reminiſci laborũ ⁊ poſt anguſtias delectať vir memorans: qui multa paſſus fuerit: ⁊ multa geſſerit: hmõi ãt cã: q: delectabile ⁊ non habere manum.

¶ Redit ad oſtendendum quomodo memorabilia ⁊ ſperata ſunt delectabilia. Et duo facit: q: primo oſtendit hoc de memoratis. Secundo de ſperatis. Secunda ibi. (Quę autem in ſpe). ¶ Dicit ergo primo: ꝙ memorabilia delectabilia ſunt: vt apparuit per conſiderationem iam dictã. ⁊ non ſolum ſunt delectabilia per memoriam quęcũqꝫ in pręſenti quando aderant delectabilia erant: ſed etiaꝫ quędaꝫ non delectabilia pręſentialiter delectant memorata: ſi poſterius ſit honeſtum. ⁊ qđ eſt poſt hęc: ſiue poſt illa ſit eſt bonum. Et hoc dictum eſt: ꝙ delectabile eſt ſaluatum reminiſci laboruꝫ. ⁊ poſt anguſtias delectatur niſi memorans: qui multa paſſus fuerit. Et cauſa huius eſt. quare talia memorata delectant: quia delectabile eſt non habere malum. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Que aũt in ſpe queccũqꝫ p̃ſentia: aut letificare: aut p̱ficua fore multum videnť: aut ſine triſtitia p̱ſunt. Totaliter aũt queccũqꝫ p̃ñtia letificãt: ⁊ ſperantes: ⁊ memorãtes vt ĩ pluribus.

¶ Oſtendit quomodo ſperata delectant. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo ad confirmationem eius: quod dixerat adducit dictum Homeri. Secunda ibi. (Propter quod iraſci). ¶ Dicit ergo primo: ꝙ illa delectant in ſpe: ſiue ſperata quęcunqꝫ: ſiue talia: que pręſentia videntur: aut lętificare: aut proficua fore multum aut etiaꝫ quę ſine triſtitia pręſentia: prout ſunt ſperata delectant: ideo dicitur: ꝙ totaliter ⁊ vniuerſaliter quęcunqꝫ pręſentia lętificant ſperantes per memorantes: vt in pluribus delectãt: ⁊ dicit vt in pluribus: quia ſi de ſperato aliter creditur q̃ꝫ ſit: poteſt delectare pręſens: quod non delectat ſperatio ⁊ ecõuerſo. Quęcũqꝫ ǧ talia ſunt qualia ſperantur: ſi delectant pręſentia totaliter ⁊ vniuerſaliter quãtum eſt de ſe delectant ſperata: ſed ſi hoc non ſit vniuerſaliter poteſt eſſe veꝝ: vt in pluribus. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Propter qđ ⁊ iraſci ⁊ delectabile ſicut Homerus: ⁊ per poeſim de ira: ꝙ multo dulcius melle diſtillãte. Nullus. n. iraſciť ei: qui videť ĩpotẽs cruciatũ ſortiri: neqꝫ his q̱ multuꝫ ſup ſe: potẽtia aũt nõ iraſcuntur: aut minus.

¶ Adducit ad confirmationem ſuam dictum Homeri: nã ſi delectans pręſentialiter delectat: cum punire pręſentialiter delectet: iraſci: in quo eſt ſpes punitionis erit quid delectabile: ſicut Homerus dixit per ſuam poeſim: quam fecit de ira: ꝙ ira eſt multo dulcior melle diſtillante: ⁊ hoc propter ſpem punitionis ⁊ vindictę: quia nullus iraſcitur multum debili: nec ei qui eſt impotens ſortiri cruciatum: neqꝫ his: qui ſunt ſuper ſe multum potentia hoc ipſis: qui ipſum in potentia nimis excedunt: quia talibus aut nõ iraſcitur homo: aut minus q̃ꝫ alijs: ſemper ergo ita eſt: nec ad multum debiles: quia contra tales non eſt vindicta: neqꝫ ad multum potentes: in quo datur intelligi: ꝙ ſemper in ira eſt quędam ſpes punitionis ⁊ vindictę.

¶ Et in plurimis

ET in plurimis concupiſcentijs ſe
quitur quedã delectatio: aut enim
memorãtes quõ adipiſcebantur:
aut ſperãtes quõ adipiſcent̃ gau-
dent quadam delectatione.

¶ Superius docuit phs ſumere conſide
rationes quaſi cões de delectatione per comparationem
ad nãm: ⁊ ad ꝯcupiſcentiam: ſiue ad appetitũ: ⁊ ad cogni
tionẽ: vel ad fantaſiã: ſiue ad memoriam: ⁊ etiam ad ſpẽ.
Hic in parte iſta venatur magis ſpãles ꝯſideratiões de de
lectatione per comparationeʒ ad ꝑdicta. Tria ideo facit:
qꝛ primo ponit conſiderationes quodãmodo ſpãles ꝑ cõ-
parationem ad ſpẽ ⁊ ad memoriam. Scdo ꝑ comparatio
nẽ ad appetitũ. Tertio ꝑ comparationẽ ad nãm. Secũda
ibi. (Et punire delectabile). Tertia ibi. (Et tranſmutare
delectabile). ¶ Circa primũ tria facit: qꝛ primo ꝑmittit
hanc veritatẽ: ꝙ prout diuerſa memoramus ⁊ ſperamus
ſeq̃tur ſm concupiſcentias alia ⁊ alia delectatio. Secũdo
qđ dixerat manifeſtat alia ꝑ exẽpla. Tertio addit ex h̃ fie
ri in nobis principium amoris. Scđa ibi. (Utputa qui in
febribus). Tertia ibi. (Et principiũ amoris). ¶ Dicit ꝰ
primo: ꝙ in pluribus. i. in varijs ꝯcupiſcentijs: vt ſʒ ꝙ cõ
cupiſcentię per ſuas ſpẽs diſtinguũt̃: ſequitur quędam de
lectatio: ita ꝙ alias ⁊ alias ꝯcupiſcẽtias alia ⁊ alia delecta
tio ſequit̃: ⁊ ideo aut memorantes quõ adipiſcebant̃ in ꝑ-
terito: aut ſperãtes quõ adipiſcent̃ in futuro gaudent qua
dam delectatione: ita ꝙ diuerſificat̃ delectatio ſʒ diuer-
ſitatem ſpei ⁊ memorię. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Utputa qui in febribus habentes ſitim me-
morantes qũo bibant: ⁊ ſperantes gaudent:
⁊ agentes: ⁊ diſputãtes: ⁊ ſcribẽtes: ⁊ facien-
tes ſemꝑ aliquid de eo qđ amat̃ gaudẽt. In oi
bus. n. talibus memorãtes quaſi ſentire putãt
id: quod amatur.

¶ Oſtendit per exempla ſpeciales memorias: ⁊ ſpãles ex-
pectationes ſeq̃ delectatiões alias ⁊ alias dicẽs. vtputa q̃
in febribus habentes ſitim: ⁊ memorãtes quõ bibãt: ⁊ ſpe
rantes bibere gaudent: ⁊ agentes. i. dicẽtes: ſiue q̃ inguũt:
vt hʒ alia ⁊ alia littera: ⁊ diſputantes: ⁊ ſcribẽtes: ⁊ facien-
tes aliq̃d de eo: quod amat̃ gaudent: qꝛ in oibus talibꝰ me
morantes: vel etiam ſperantes amatũ: quaſi putãt ſentire
id: qđ amant. Si ergo amant diſputare hñtes ſpem ⁊ me-
moriam diſputationis delectantur. ⁊ in alijs ſimiliter ſe
habet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et principiuʒ amoris hoc fecit omnibus: cũ
non ſolum de preſenti gaudeãt: ſed etiam cuʒ
abſentis recordati adamãt. Propter qđ vtiq3
⁊ cum triſtis fiat: eo ꝙ non adſit: ploratibus
⁊ lamentationibus inſit quedam delectatio:
triſtitia quidẽ. n. de non adeſſe: delectatio autẽ
ex memorando ⁊ videndo aliqualiter illum: ⁊
qualia exigit: ⁊ qualis erat: ꝑꝑ qđ dcm̃ ẽ: vt ait.
Suꝑ his oibus affectũ excitauit fletus.

¶ Addit ex hoc fieri in nobis amoris ꝑncipiũ dicens: ꝙ h̃
fit oibus ꝑncipiũ amoris: cum non ſolum de pręſenti gau
deant: ſed cuʒ ⁊ abſentis fuerint recordati amant: ꝓpter
quod vtiq3 ⁊ cum triſtis fiat: eo ꝙ non adſit: nec ꝑſens ſit:
quod delectat: ineſt tamen eis triſtibus: ſiue plorantibus:
⁊ lamentantibus quędam delectatio: qꝛ hmõi delectabile
licet contriſtet: qꝛ non eſt pręſens corporaliter: letificat tñ
qꝛ eſt pręſens per ſpẽ: ſm ꝙ habetur memoria illius: ſiuẽ
ſpes: ideo ſubdit: ꝙ triſtitia quidem eſt de non adeſſe. De
lectatio autẽ ex memorando ⁊ videndo aliqualiter. i. ima
ginaliter illum: quem diligit: vt qꝛ recordatur qualia egit
cum eo: ⁊ qualis erat: propter quod bene dictum eſt: quod
ait Homerus: vt ſupplet alia littera. Et ſuper his omnibꝰ
affectũ. i. delectationẽ ⁊ gaudiũ excitat fletꝰ. ¶ Deiñ. c. d.

¶ Et punire delectabile. Cuius. n. non adeptio
triſte: id adipiſci delectabile. Irati. n. triſtantur
vehemẽter nõ puniẽtes: ſperãtes aũt gaudẽt.

¶ Poſtq̃ oſtendit: ꝙ ſpeciales memorias ⁊ expectatiões
ferunt delectationes ſpeciales: venatur ſpeciales delecta-
tiones de delectabilibus per comparationeʒ ad appetitũ.
Et duo facit ſm ꝙ appetitus ſenſitiuus: de cuius delecta-
tione hoc potiſſime videtur intendi: dupliciter diuidit̃ in
iraſcibilem. ſ. concupiſcibileʒ. Primo ergo venatur hmõi
conſiderationes reſpectu iraſcibilis. Secũdo reſpectu cõ-
cupiſcibilis. Secũda ibi. (Et amicus delectabiliũ). Ira-
ſcibilis aũt potiſſime videtur tendere in arduuʒ: vt in pu
gnam: ⁊ vindictam: ⁊ honorem: ⁊ huiuſmodi: ideo oſtẽdit
talia delectabilia eſſe. Et quatuor facit ſʒ ꝙ adducit qua-
tuor conſiderationes ad hęc. Secunda ibi. (Uidere dele
ctabile). Tertia ibi. (Qm̃ aũt vincere). Quarta ibi. (Et
petẽtibus honor ⁊ cõplacentia). ¶ Prima ꝯſideratio ta-
lis. Qꝛ punire eſt delectabile: ⁊ ſubdit cãm: qꝛ illud: cuius
non adeptio eſt triſtis: adipiſci eſt delectabile. vnde irati
vehementer triſtantur non punientes ⁊ ſperantes punire
gaudent. Si vero volumus loqui de delectatione: vt ꝯſur
git ex iraſcibili: punire eſt delectabile. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et ludere delectabile non ſoluʒ amatoribus
victorie: ſed oibus: fit. n. fantaſia excellẽtie. cu
ius oẽs hñt ꝯcupiam: aut remiſſe: aut magis.

¶ Ponit ſecundam conſiderationem. Qꝛ non ſolum puni
re ⁊ vincere eſt delectabile: ſed etiam videre talia eſt dele
ctabile: quę delectatio non ſoluʒ adeſt amatoribus victo
rię: ſed etiam omnibus circunſtantibus: quia ipſum vide
re talia ſm ſe eſt delectabile: ideo ſubdit: ꝙ in talibus fit
quędam apparitio: ⁊ quędam inſit excellentia: cuiuſmodi
viſionem habere omnes habent concupiſcentiam: aut re
miſſe: aut magis: quia aliqui magis: aliqui minus delectã
tur in talibus. ¶ Si aũt obijciatur ꝯtra hoc: ꝙ aliq̃ videñ-
tes bella triſtãtur. ¶ Dđʒ h̃ nõ eẽ: qꝛ viſus taliũ nõ ſit de
ſe delectabilis: ſʒ qꝛ rõne timoris: vel appetitus declinãtis
ad aliã ꝑtẽ aggenerat̃ in talibꝰ triſtitia. ¶ Deinde cũ dic̃.

¶ Qm̃ vincere delectabile: neceſſe ⁊ ludos de
lectabiles eſſe pugnatiuos: ⁊ fiſtulatiuos: ⁊ li-
tigioſos: ſepe. n. ĩ ipſis fit vincere: ⁊ oſſiũ proie
ctiões: ſperizatiões: ⁊ alea: ⁊ petrazatio: ⁊ cir-
ca ſtudioſos aũt de ludis ſilr̃. Hi q̃dẽ. n. dele-
ctabiles fiũt: ſiq̃s fuerit ꝯſuetus. hi aũt mox đ
lectabiles: puta venatio ⁊ oĩs venatiua. vbi. n.
concertatio: ibi ⁊ victoria eſt: ꝓpter qđ ⁊ ſalta
tiua: ⁊ litigatiua delectabilis conſuetis.

¶ Ponit tertiã ꝯſiderationẽ: qꝛ vincere ẽ delectabile: nec̃e
eſt ludos pugnatiuos ⁊ fiſtulatiuos: vt cũ hyſtriões adiui
cẽ fiſtulãtes certãt: ⁊ diſputatiuos: ſiue litigioſos eẽ đlecta
bile: ⁊ ẽ rõ: qꝛ ĩ talibꝰ ſępe fit vincere: ⁊ qꝛ victoria ĩ ludis ẽ
delectabilis. Itẽ vĩcere ĩ ꝓiciẽdo oſſa: ⁊ ẽt ſpiçatiões: vt lu
dere ad talos pilaʒ: ⁊ alea: ⁊ petriçatio: vt ludꝰ ĩ eijciẽdo la
pidẽ ẽ delectabile q̃d: ⁊ ludos eẽ ſtudioſos: vt q̃ñq3 ludos
liberales: de quibus ſuperius fuit facta mentio: ꝯuenit eẽ

delectabiles.ve⁊ q: non omnes ludi ſunt vniformiter de lectabiles.ideo cum dicit.( Di quidem.n. delectabiles.) Diſtinguit ludos:q: aliqui ludi ſunt delectabiles: cū quis fuerit ꝯſuetus ad illos.Aliqui vero ſtatim ſunt delectabiles:puta venatio ⁊ nō ſolum hęc vel illa: ſed omnis venatio eſt delectabilis:q: vbi eſt ꝯcertatio:qđ eſt in oi venatione ꝯtingit eē victoriā:ideo alteratiua ⁊ litigatiua delectabilis eſt conſuetis rōne victorię. Poſſunt aūt diſtingui litigatiua ⁊ alteratiua:eo ꝙ vna accipit in cauſis:altera vo in collationibus ⁊ diſputationibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et potentibus: ⁊ honor: ⁊ complacentia delectabiliſſimorum: ꝓpterea ꝙ ſit fantaſia vnicuiq;: ꝙ talis: ⁊ ſtudioſus: ⁊ magis cū inſinuēt quos putāt veraces. Tales aūt qui prope magis q̄z qui longe ⁊ ſimul conuerſati ⁊ noti: ⁊ ciues q̄z qui aliunde: ⁊ exiſtentes q̄z futuri: ⁊ prudētes q̄z inſenſati: ⁊ multi q̄z pauci: magis enim veriſimile veridicos eſſe dictos ꝯtrarijs. Quā quos quis multu⁊ paruipēdit: ſicut pueros: aut beſtias. nihil curat de horum honore aut opinione ipſius opinionis gratia. Sed ſiquidem propter aliud aliquid.

¶ Ponit quartā cōſiderationem:ꝙ potētibus honor ⁊ placentia ſunt de genere delectabiliſſimo⁊.Et ſubdit cauſa⁊ q: ſit fātaſia vnicuiq; qū honorat: ⁊ ei applaudit:ꝙ ſit talis qualis dr:⁊ ꝙ ſtudioſus:cui debet honor:cū dicit.( Et magis eu⁊ inſinuent). Addit ꝙ magis eſt delectabile ei: cū hoies:quos putant eſſe veraces inſinuent.i.iudicēt eſſe honorandos:⁊ applaudendū eſſe eis:⁊ oſtēdit qui ſunt veraces dicens:ꝙ tales.i. veraces ſunt magis q ſunt ꝓpe q̄z qui ſunt longe:⁊ qui ſunt ſimul cū eo ꝯuerſati:⁊ noti:⁊ conciues eius ſunt magis veraces:q̄m qui ſunt aliūde ⁊ extranei:⁊ illi qui ſunt exñtes ⁊ noti ciues ciuitatis ſunt magis tales q̄z futuri aduentitij:⁊ prudentes ſunt magis q̄z inſenſati:⁊ multi q̄z pauci:⁊ veriſimile eſt doctos eē magis veridicos cōtrarijs. Subdit autem ad manifeſtationem dictorum:ꝙ homo nihil curat de his: q̄ quis multum paruipendit:q: paruipendit pueros ⁊ beſtias:nihil curat đ honore eorum:aut de opinione ipſorum gratia ipſius opinionis:ſed ſi curat:hoc eſt propter aliquod aliud: non propter opinionem ſuam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et amic⁹ đlectabiliū: diligere.n. delectabile. Nullus.n. amator vini: qui nō gaudet vino.

¶ Venatur conſiderationes ſumptas ex parte concupiſcētię.Diuiditur autē hęc pars in partes quinq; ſm ꝙ q̄nq; conſiderationes ponit circa hęc. Secunda ibi.( Et diligi delectabile.) Tertia ibi.( In admiratione eſſe). Quarta ibi.( Et adulationes accipere.) Quinta ibi.( Et h̄ agere ſępe). ¶ Dicit ergo primo:ꝙ amicus eſt de numero đlectabilium:q: diligere ſm ꝙ ꝯcupiſcimus:eſt aliquid delectabile:⁊ dat cauſam:q: nullus eſt amator vini:niſi q gaudet ⁊ delectatur vino. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et diligi đlectabile: fantaſia.n. ⁊ hoc ei⁹: qđ inſit ipſi bonum eſſe: qđ oēs ꝯcupiſcūt cognoſcentes. Diligi aūt eſt amari ipm propter ſe.

¶ Ponit ſecundam:q: ipſum diligi eſt delectabile: diligit enim homo:⁊ concupiſcit ſeipſum quaſi bonum ente⁊: eo ꝙ ab alijs diligitur.ideo ſubdens cām dicti ait.ꝙ ex eo ꝙ quis diligit hoc.i.in hoc caſu. Fit enim fantaſia ⁊ apparitio eius:ꝙ ipſi inſit bonu⁊ eſſe:qđ omnes cognoſcētes cōcupiſcūt: omnes.n.cognoſcentes bonu⁊ volunt eſſe boni.

Addit ergo:ꝙ diligi ipſum eſt amare propter ſeipſum: q: ſi propter aliud:non proprie diligitur homo: ſed illud aliud:⁊ ipſe homo ſm ſe non diligeretur:niſi ipſe ſecundum ſe bonus eſſet. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et in admiratiōe eſſe delectabile propter ipſum honorari.

¶ Ponit tertiam:ꝙ eſſe vel haberi in admiratione eſt delectabile propter ipſum honorari:q: perſonę honorabiles cuiuſmodi ſunt boni:⁊ excellētes in admiratione habentur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et adulationem recipere: ⁊ adulator delectabile: apparens enim amator: admirator: ⁊ apparens amicus adulator eſt.

¶ Ponit quartam conſiderationem.ꝙ recipere adulationes eſt delectabile:⁊ ipe adulator eſt q̄d delectabile:⁊ dat cauſam:quia adulator eſt apparens admirator: ⁊ apparēs amicus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hoc agere ſepe delectabile. Quod eni cōſuetum delectabile erat.

¶ Ponit quintam:ꝙ agere ſępe aliq̄d eſt delectabile:quia vt dicebat ſupra cōſuetum eſt delectabile. ¶ Notādum aūt has quinq; conſiderationes eſſe cōnexas:quare ſi diligere ſit delectabile:q: ſibi complacet homo in bono ſibi ꝓportionato:qđ erat prima cōſideratio:ſequitur ꝙ diligi ſit delectabile:q: complacet ſibi homo in bono ꝓprio:quę fuit ſecunda.Et vlterius eſſe in admiratione ſit delectabile: q: ex hoc h⁊ argumentū: ꝙ ſit bonus:q̄ fuit tertia: ⁊ etiam adulatio ex hoc ſeq̄t:ꝙ ſit delectabilis:q: amicus ⁊ adulator:quo⁊ pſonā induit adulator ſunt delectabiles: q̄ fuit quarta:⁊ ēt ꝙ ſępe agere ſit delectabile:q: ex hoc ē nobis bonū ꝓportionatū:actū: vel opatū:qđ fuit q̄nto ꝓpoſitum.

Et tráſmutare ē delectabile. In natura.n.fit trāſmutare.qđ.n.idem ſemp exceſſu⁊ facit cōſtituti habitus. vnde dictu⁊ eſt tranſmutatio oi dulce.ꝓpter hoc.n., ⁊ quę ad tpus delectabilia ſunt. ⁊ hoies ⁊ res.tranſmutatio.n. ex pſenti eſt. Simile aūt ⁊ rarum quod ad tempus.

¶ In iſta pte venat phs ꝯſideratiōes de delectabili ſumptas ex ipſa nā.Et duo facit:q: p̊ facit h̄ ſm ꝙ nā ipſa eſt q̄d trāſmutabile.Scđo ꝓut tēdit in aliq̄d ſibi ꝓportōatum Scđa ibi.(Et qm̄ ꝙ ſm nām). ¶ Prima ps diuidit in ſex ptes ſm ꝙ ſex ꝯſiderationes ſe hñtes p ordine⁊ ponit circa hęc.Scđa ibi.(Et adiſcere ⁊ admirari). Tertia ibi (Et bñfacere).Quarta ibi.( Q: āt delectabile ē). Quinta ibi.(Qm̄ aūt adiſcere).Sexta ibi.( Circumuolutiones). ¶ Ponit pmā ꝯſideratiōnē dicēs. Q: ip⁊ trāſmutare eſt delectabile:cū q̊ nā ⁊ diſpōnes nāę nō ſp maneāt eedē:non ſemp idē appetimus.Jō ſubdit:ꝙ ſemp idē facit exceſſum ꝯſtituti habitus.i.cōſtitutę habilitatis ⁊ diſpōnis.excedit.n.hic diſpōnē nr̄am variabilē. vn̄ dcm̄ eſt:ꝙ tranſmutatio ē q̄d dulce inter oia.Et inde eſt:ꝙ hoies ⁊ res:q̄ ſūt delectabilia:ſunt delectabilia ad tp̄s:q: trāſmutatio ē ex pſenti:ſiue ex ꝓpīquo.vt h⁊ alia lr̄a: ſimul aūt ⁊ ra⁊ qđ ad tp̄s .q.d.ꝙ non ſolum delectabilia ſūt talia ad tp̄s:q: trāſmutatio:qđ ē valde in pmptu:⁊ ꝓpinquo:⁊ ꝯſentanea nāę nr̄ę eſt q̄d aūt delectabile:ſ⁊ ēt ſimul cū h̄ eſt alia cā:q: illud:qđ ē ad tp̄s:eſt ra⁊:⁊ oē ra⁊ cha⁊. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et adiſcere ⁊ mirari delectabile vt ad multū. In minori quidem eſt concupiſcere adiſcere,

quare

**quare mirabile concupiſcibile. In adiſcere autem id. quod ſm naturam conſtituit.**

¶ Hic ponit ſecundam conſiderationem: quia tranſmutatio ⁊ nouitas eſt delectabile adiſcere ⁊ mirari: quę nouitatem importãt: delectabilia ſunt. Et ꝙ adiſcere ſit qd delectabile: ⁊ quid admirabile: ⁊ vt admirari iuſtum apparet multũ propter cõcupiſcere adiſcere. Cũ ḡ mirabile ſit cõcupiſcibile ⁊ delectabile: adiſcere delectabile erit: hʒ ⁊ ſpecialẽ cãm nãę noſtrę: quare adiſcere eſt delectabile: qꝛ cuʒ adiſcimus: minus in id: qð eſt conſtituti ſʒ nãm: qꝛ minꝰ ab imꝑfecto ad ꝑfectionẽ cõpetentẽ nãę. ¶ Deinde. c. d.

**¶ Et benefacere ⁊ bene pati delectabilium: bene pati quidem adipiſci eoꝝ: que concupiſcũt benefacere: aut habere ⁊ ſuperabundare: que ambo appetunt.**

¶ Ponit tertiã: qꝛ ſi ad acquirere noua ⁊ ꝯſiderata: ⁊ abundare in talibus eſt delectabile: benefacere ⁊ bene pati ſũt delectabilia. Et dat cãm: qꝛ ſm bene pati eſt adipiſci ea: q̄ hoĩes ꝯcupiſcunt: qui acqrunt ea: q̄ nõ habẽt: quę ſunt eis noua: ⁊ benefacere eſt ſuꝑabundare in talibus: quę ambo ſe hr̃e talia ⁊ ſuꝑabũdare in eis hoĩes appetãt. ¶ Deiñ ⁊c̃.

**¶ Quia autem delectabile eſt beneficium corrigere propinquos: delectabile hominibus eſt ⁊ factiua conſumare.**

¶ Ponit quartam: qꝛ benefacere eſt delectabile corrigere ꝓpinquos eſt delectabile hoĩbus. Et cõſumare defectiua .i. ſupplere indigentiã: vt ſonat alia lr̃a: eſt etiã delectabile. Ex h̃.n. aliqs apparet: ꝙ bñfaciat alijs: ⁊ ſit q̃ſi ꝓtector eiꝰ inq̃ʒtũ ipm corrigit: ⁊ eiꝰ indigẽtiã ſupplet. ¶ Deiñ. cũ. d.

**¶ Quoniaʒ aũt adiſcere delectabile ⁊ mirari: ⁊ talia neceſſe delectabilia eſſe. ſ. imitatiua et ꝓtractiua: ⁊ ſtatuificatio: ⁊ poetica: ⁊ oẽ quodcunqʒ fuerit repreſentatiuũ: ⁊ ſi nõ ſit delectabile id: cuius eſt repreſentatio. Non eni in hoc gaudet: ſed ſyll'ſ eſt ꝙ ad hoc id. Quare adiſcere aliquid accidit.**

¶ Ponit quintam conſiderationẽ. Nã qꝛ adiſcere ⁊ mirari eſt delectabile: neceſſe eſt talia: quę hic inducũt eſſe delectabilia: ideo imitatiua ⁊ ꝓtractiua qñ aliqs repreſentatur ꝑ picturam: ⁊ ſtatuificatio qñ fit ſtatua: ⁊ imago ad aliqd imitandũ ⁊ repreſentandũ: ⁊ poetica qñ aliqd repñſentatur per geſta: ⁊ omne quodcunqʒ fuerit aliquid repreſentatiuum eſt delectabile: dato ꝙ non ſit delectabile: cuius eſt repreſentatiuum. Nam riuus ⁊ ſi in propria natura nõ ſit quid delectabile: tamẽ ſi ſit bene pictus: vel bene ſculptus ꝓpter repreſentationẽ eſt quid delectabile: ideo ſubdit: qꝛ hõ non gaudet in hoc: qð videt repreſentatũ: ſʒ gaudet ꝙ eſt illi ſyll'ſ. i. collatio: vt ſonat alia littera: qꝛ ꝯfert vnũ alteri. ⁊ eſt ad hoc illud: eo ꝙ vnũ imitat̃ aliud. Et qꝛ noſtrũ adiſcere eſt ſemꝑ in quadã collatiõe: vel in quodã diſcurſu: in tali repreſentatione accidit eſſe adiſcere aliqd quoddã: inq̃ʒtũ eſt quędã collatio. ¶ Deinde cũ dicit.

**¶ Et circũuolutiones ⁊ paulatim ſaluari a periculis. Oĩa.n. hec mirabilia.**

¶ Ponit ſextã ꝯſideratiõe. Ꝺꝛ qꝛ admirari eſt delectabile circũuolutiones. i. ꝙ res ⁊ mundus circũuoluant̃: vt ꝙ mõ dñet̃ iſte: mõ ille ẽ quid delectabile: ⁊ ẽt paulatim ſeruari a ꝑiculis qd delectabile eſt. Et qꝛ oĩa iſta ſunt admirabilia. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Et qm̃ ꝙ ſm naturaʒ delectabile. Que vero eiuſdem generis ſm naturam inuiceʒ ſunt oĩa cognata: ⁊ ſimilia: delectabilia vt in pluribus: puta homo homini: ⁊ equus equo: ⁊ iuuenis iuueni. Unde ⁊ prouerbia dicta ſũt. Qũo coetaneus coetaneum delectat: ⁊ qũo ſimilis ſimilem: ⁊ nouit aũt: ⁊ alia quecũqʒ talia.**

¶ Ponit conſiderationes ſumptas ex natura ſʒ ꝙ tendit in aliquid ſibi conueniens. Et duo facit: qꝛ primo ponit cõſiderationem hanc: ꝙ ſimilia ſunt delectabilia. Secũdo ponit ꝯſiderationes: q̄ ſequũtur ex iſta. Secũda ibi. (Qm̃ aũt ſimile). ¶ Dicit ergo primo: qꝛ qð eſt ſm nãm. i. ꝯueniens nãę eſt delectabile: qꝛ quę ſunt eiuſdẽ generis ſʒ naturã: ſunt inuicẽ cognata ⁊ ſimilia: neceſſe eſt talia vt ĩ plĩbus delectabilia eẽ: ⁊ dicit vt in pluribus: qꝛ ꝯuenit aliquẽ degenerare ⁊ nõ ſequi motus naturę ſuę debitos. Et ponit exemplum qũo ſimile applaudet ⁊ delectat̃ ſimili: vt hõ hoĩ: equus equo: ⁊ iuuenis iuueni. vñ ⁊ ꝓuerbia dicta ſunt coetaneus coetaneũ ð̃lectat ſemꝑ: ſimilis nouit ſilẽ: ⁊ gaudet ei. vnde in alia littera hr̃: ꝙ latro nouit latronem: ⁊ fera acgeſcit fere: ⁊ alia q̄cũqʒ talia. ¶ Deinde cũ dicit.

**¶ Qm̃ aũt ſimile ⁊ cognatum delectabile ſibi eſſe maxime ipſe ad ſeipſum vnuſqſqʒ hic paſſus eſt. Unde neceſſe oẽs amatores ſui ipſorũ eſſe: aut magis: aut minus: omnia eni talia exiſtunt ad ſeipſum maxime.**

¶ Ponit conſiderationes: quę ſequuntur ex iſta. Et tria facit: qꝛ primo oſtendit ex hoc hoĩes diligere ſeipſos. Scðo oſtẽdit eos diligere ſua. Tertio mãifeſtat eos diligere ea: quę res applaudent: ⁊ ipſos non moleſtant. Secunda ibi. (Qm̃ autem amatores). Tertia ibi. (Similiter autem ⁊ qm̃). ¶ Dicit ergo primo: ꝙ qꝛ ſimile ⁊ cognatũ ſunt delectabile ſibi ⁊ cuilibet: qꝛ vnuſquiſqʒ maxime ad ſeipſuʒ paſſus eſt: qꝛ maxime eſt ſibi ſimilis ⁊ cognatus: neceſſe ẽ omnes hoĩes eſſe amatores ſuiipſoruʒ: aut maius: aut minus: qꝛ ſm plus ⁊ minus hoĩes ſe diligũt. Repetit aũt cãʒ huius: qꝛ oĩa talia: vt cognatio: ſilitudo: amicabilitas exñt maxime. i. excellenter ad ſeipſum. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Qm̃ aũt amatores ſuiipſorum oẽs: ⁊ que ipſoruʒ neceſſe delectabilia eſſe oĩbus: puta: opa ſermones: ꝓpter quod amatores adulationuʒ vt in pluribus: ⁊ amatores amantiũ: ⁊ amatores honoris: ⁊ amatores filiorum. Ipſorum enim opera filij.**

¶ Oñdit hoĩes diligere ſua: ⁊ delectari in eis. Et quinqʒ facit ſm ꝙ quinqʒ ꝯſiderationes ponit. Scða ibi. (Et defectiua ꝑficere). Tertia ibi. (Et qm̃ ꝑncipale). Quarta ibi. (Adhuc qm̃). Quinta ibi. (Et id in quo). ¶ Dicit ḡ primo: qm̃ oẽs ſunt amatores ſuiipſorũ: neceſſe eſt oĩa q̄ ſunt ipſoꝝ: ſiue ſua eſſe delectabilia omnibus: puta homo diligit opa ſua ⁊ ſermões ſuos: ⁊ inde ẽ: ꝙ hoĩes ſũt amatores adulationum: vt in pluribus: qꝛ adulatores laudãt eis opera ſua: ⁊ ſunt amatores amantium: quia amantes laudãt opera eorum: ⁊ ſunt amatores honoris: quia etiaʒ hęc opera eorum cõmendantur: ⁊ amatores filiorum: qꝛ filij ſunt opera ipſorum. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Et defectiua perficere delectabile. Ipſoruʒ enim opus iam fit.**

¶ Ponit ſecundam conſideratioǌ: ꝙ delectabile eſt hominibus perficere defectiua: qꝛ propter complementũ qð addunt iã totũ opus fit ⁊ reputatur ipſorum. Apparet aũt

ꝙ alia eſt conſideratio iſta: quę dicit delectabile eē homi nibus defectiua pficere a conſideratione: qua dixit ſupra delectabile erit eis defectiua cōſtituere: qꝛ ibi intelligit de ſuppletione indigentię. hic aūt de defectione operum im perfectoꝝ. Attamē ſi illud ſignificarēt verba hęc: ⁊ ibi poſ ſent facere aliā ⁊ aliā conſiderationē ſm ꝙ in eis reperit̄ diuerſa rō pſuadendi. ¶ Et diligenter notādū eſt: ꝙ phs vr̄ multotiens eandem conſiderationē ponere. ideo atten te inueſtigare debemus quō ibi reperiri poſſit diuerſa rō perſuaſiua: quia talis diuerſitas cōſiderationes diuerſas efficit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quoniam principari delectabiliſſimum: ⁊ videre ſapiētē pricipari delectabile: pricipis. n. ſapere. Eſt autem ſapientia multorum ⁊ mi rabilium ſcientia.

¶ Ponit tertiā conſiderationeꝫ dicēs: ꝙ delectabiliſſimū eſt pricipari: delectabile eſt principās ſapiētia: quā pncipa tus dꝫ ſapere: quod probat per diffinitionem ſapientię: qꝛ ſapientia eſt multoꝝ mirabilis ſciētia: ⁊ multa mirabilia ſcire dꝫ: q alijs dominari vult. Innuit̄ aūt hęc maxima p dictis: qꝛ ſi homo diligit ſua: tanto magis diligit pncipari qꝛ q̄to plibus principat̄: plura cognoſcit vt ſua. ¶ Deiñ.

¶ Adhuc quoniam amatores honoris: vt i plu ribus neceſſe increpare vicinos delectabile eē ⁊ ſubijcere.

¶ Ponit quartā maximā dicens: ꝙ adhuc pręter conſide ratiōes dictas eſt hic ꝯſideratio: qꝛ hoies vt in plibus ſūt amatores honoris: vtputa cōſideratio dicebat: neceſſe eſt eis eē delectabile vt īcrepare vicinos: ⁊ ſubijcere eos ſibi: qui in hoc vident̄ honorari. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et id in quo videt̄ optimus eē ipſe ſibi. hoc frequentare: ſicut Euripides ait. Et adhuc in ſiſtit dans vniuſcuiuſqꝫ diei plurimam partē: vt ipſe ſeipſo potiatur optimus exiſtens.

¶ Ponit quintam maximā: qꝛ qlibet diligit frequētare id in quo ipe vr̄ optimus ſibi: ſicut Euripides dicebat. Et ad hoc inſiſtit vnuſquiſqꝫ dans vniuſcuiuſqꝫ diei plurimam ptē. Nam ſi hō delectat̄ in opere ſuo: potiſſime delectat̄ in potiſſimo opere: ⁊ ideo ſi vr̄ ſibi: ꝙ ſi ſit optimus citha riſta: maximā ptem temporis ipſius expēdit in cithariça tione. Cā autem quare maxime delectamur in potiſſimo ope noſtro eſt: qꝛ i eo maxime relucet bonitas noſtra: ⁊ ſꝫ ipſam maxime fruimur nobiſipſis: ideo addit phus q̄ h̄ facit vt ſeipſo maxime potiatur vel fruatur optimus exi ſtens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter aūt ⁊ quoniaꝫ ludus delectabiliū: ⁊ omnis remiſſio: ⁊ riſus delectabilium. Ne ceſſe autem etiam riſibilia delectabilia eē: ⁊ ho mines: ⁊ verba: ⁊ opera. Determinatum aūt eſt de riſibilibus ſeorſum in his: que de poeti ca. De delectabilibus quideꝫ igitur dicta ſunt tanta. Triſtitia autem ex contrarijs horuꝫ ma nifeſta. Quorum quidem igitur gratia iniuſti tiam faciunt. hec ſunt.

¶ Ponit vltimam conſiderationem dicens: qm̄ ludus eſt de numero delectabiliuꝫ: neceſſe eſt riſibilia delectabilia eſſe: ſiue talia ſint homines: ſiue verba: ſiue opera. Iſta. n. delectant: qꝛ attēdere ad talia non vr̄ nobis moleſtia. Ex cuſat aūt ſe: quare de riſibilibus non determinauit diffu ſius dicens: ꝙ de riſibilibus determinatuꝫ eſt ſeorſum in his: q̄ ſunt de poetica. i. de poetria: quam fecit. ¶ Ultimo epilogat: ꝙ de delectabilibus dicta ſunt tanta. Triſtia au tē ſunt manifeſta ex ꝯrijs hoꝝ additis quaſi addēs aliū epilogū: qꝛ hęc ſunt: quoꝝ grā hoies iniuſtitiā faciunt.

Qualiter autem habētes ⁊ quibus dicamus nunc. Ipſi quidem igi cum putarint poſſibile eſſe rē agi ⁊ ſibijpſis poſſibile: ſiue puten latere cum egerint: ſiue cum non latuerunt: non exoluere penā: au exoluere quidē: ſed minus dānū eſſe q̄ſ ſit ipſis luctum. Aut que quā cordi habent.

¶ Supius oſtēſum eſt quoꝝ gratia hoies iniuſta faciun reſtat oſtendere qualr̄ ſe hn̄tes: ⁊ qbus talia faciūt. Du aūt facit phs: qꝛ primo ꝯtinuat ſe ad dicēda dicens: qua aūt ſe hn̄tes hoies iniuſta faciunt: ⁊ quibus dicamus nūc. Scdō exeqtur de intento. Scdā ibi. (Hoī quidem igit. Inueſtigat aūt primo qualr̄ ſe hn̄tes iniuſta faciunt: ⁊ po ſtea qbus: vt ſuperius tangebat̄. Scdā ibi. (Iniuſta au faciūt.) ¶ Circa primum tria facit: qꝛ primo in genera tangit modos: ſm quos ſe hn̄tes iniuſta faciūt. Secund ꝙ nō per oēm modū in hoc tractatu determinat̄ de po bili ⁊ ipoſſibili: quod eſt annexū cuilibet negocio. Remi tit nos ad ſecundum librum: vbi de his agitur. Tertio q quitur in ſpeciali: quę in generali tetigerat. Secunda i (Qualia quidem.) Tertia ibi. (Ipſi autē putant). ¶ Di cit ergo primo: ꝙ ipſi homines putant poſſibile eſſe re iniuſtaꝫ: ⁊ ſibiypſis poſſibilē quadrupliciter. Primo ſi pu tent latere cum egerint. Secundo ſi non latuerint pu non exoluere pęnaꝫ. Tertio ſi putant exoluere: putant tem eſſe eis minus damnum q̄ſ ſit. Quarto ſi damna admiſſa non ſunt eis tam chara q̄ſ acqſita per iniuſti quę habent cordi: ſiue quę pcordialr̄ diligūt. ¶ Dein

¶ Qualia igitur quidem poſſibilia videntur: qualia impoſſibilia in his: que poſterius dice tur. Cōia. n. oium partiū rhetorice hec.

¶ Remittit nos ad ſecundum librum: vbi determina de poſſibili ⁊ impoſſibili dicens. Qualia quidem igit̄ po ſſibilia videntur: ⁊ qualia impoſſibilia dicētur in his: q poſterius: vt in ſecundo libro. Nam hęc ſunt cōmunia partiū rhetoricę. i. omni negocio rhetorico. ¶ Ad euid tiam huius dicti notanduꝫ: ꝙ poſſibile ⁊ impoſſibile: m ius ⁊ minus: quę ſunt annexa omni negocio rhetorico d pliciter poſſunt accipi. ¶ Primo ſm cōſiderationē ſp qꝛ aliquę conſiderationes de maiori ⁊ minori: de poſſib ⁊ impoſſibili poſſunt adaptari negocio deliberatiuo: q ſunt inutilia diſputatiuo ⁊ econuerſo. ¶ Secūdo poſſu accipi hmōi annexa ſm rōnem quandam cōmunem: de eis poſſunt dari conſiderationes applicabiles omni ne gocio. Conſiderationes aūt ſpeciales de ānexis ponit ph in quolibet negocio: vt in deliberatiuo poſuit cōſideratio nes ſpeciales de maiori ⁊ minori competentes dicto neg cio: cum docuit nos cognoſcere maius conferens. Poſ etiam hmōi conſiderationes de poſſibili ⁊ ipoſſibili: cu dedit nobis viam ad bene poſſe perſuadere: ⁊ docuit n ſm diuerſas ciuilitates diuerſimode perſuadere: quia qua erant poſſibilia ad perſuadendum vni ciuilitati: q non erant poſſibilia reſpectu alterius: ſic etiam in exo matiuo poſuit conſiderationes de maiori ⁊ minori: cu docuit nos cognoſcere maius ⁊ minus laudabile. Poſ etiā rōnes de poſi: cū dedit nobis poſſibilitatē ⁊ facili ad laudandū docendo nos appropinquātia laudabilib

oſtendere

oſtendere tanq̄ꝫ laudabilia: ſic etiaꝫ in diſceptatiuo negocio ponit conſiderationes de maioꝛi: ⁊ minoꝛi īferius: vbi docebit nos cognoſcere maius ⁊ minus iniuſtum. Ponit etiam conſiderationes de poſſibili ⁊ impoſſibili ſꝫ ꝙ ſpecialiter ſpectat ad diſceptatiuum in hoc caplo: vbi nos docet ꝗbus eſt poſſibile: ⁊ quibus non poſſibile iniuſtuꝫ facere: vel qui de facili: ⁊ qui non de facili iniuſta faciunt. Nā facile ⁊ non facile: ſiue difficile aliquo mō ſunt cognata poſſibili ⁊ impoſſibili: conſiderationes quędam ꝯmunes poſſibili ⁊ impoſſibili poſſibiles adaptari cuilibꝫ negocio ponit in ſecūdo libꝛo. ideo h̄ nos remittit ad locū iſtū: vbi de conſiliabilibus ſpecialibus de poſſibili ⁊ ipoſſibili hic habitis annectuntur conſideratiōes cōmunes: propter qđ de eis ſufficiens habetur cognitio. ¶ Aduertendū tamē: ꝙ de maioꝛi ⁊ minoꝛi conſiderationes cōmunes nō poterat tradere ſm ſpecialem tractatum: qꝛ ꝯſiderationes ſpeciales de eis requirebant conſideratiōes cōmunes. Ideo in tractatu de deliberatiuo negocio cuꝫ determinauit de cōferente maioꝛi ⁊ minoꝛi: docuit nos cognoſcere maius ⁊ minus ſm ꝙ poſſunt adaptari ad quodlibet negocium: quod facit cum notificauit quid eſt excedēs: quid maius: ⁊ quid magnum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ipſi aūt putant potētes eſſe maxime indemnes iniuſta agere: qui ſunt potentes loq: ⁊ actiui: ⁊ experti multoꝛum agonum. Et ſi multi amici ſint ⁊ diuites: ⁊ maxime quid ſi ipſi ſunt ꝗ in his: que dicta ſunt: putantur poſſe. Si aūt nō: ſi ſint ipis tales amici: aut miniſtri: aut participes: propter hoc poſſunt ⁊ agere ⁊ latere: ⁊ nō exoluere penam. Et ſi amici ſint his: qui iniuſta patiūtur. Aut iudicibus: amici quideꝫ enim ſine cautela ad iniuſta pati: ⁊ cum pacificantur anteq̄ꝫ diuulgetur. Iudices autem condonant: quibus vtiqꝫ amici fuerunt: ⁊ totaliter dimittūt: aut paruis dannificant.

¶ Exequit̄ in ſpeciali: quę in generali tetigerat: ideo quatuoꝛ facit ſm ꝙ quatuoꝛ tetigit: qꝛ pꝛimo inueſtigat: ꝗ de facili iniuſta faciunt: qꝛ ſunt potentes ad non exoluendū pęnam. Scđo qui hoc faciunt: qꝛ ſunt latitiui. Tertio qui hoc faciunt ratione lucri. Quarto qui iniuſtitiā faciūt rōne eius qđ habēt coꝛdi. Secūda ibi. (Latitiui aūt ſunt.) Tertia ibi. (Et quibuſcūq̄ꝫ non latentibus). Quarta ibi. (Et ꝗbuſcūqꝫ iniuria). ¶ Circa pꝛimum quatuoꝛ facit ſꝫ ꝙ quatuoꝛ ꝯſiderationes adducit: qꝛ ṗ oſtēdit aliquos eē potentes ad non ſoluendum ratione ſui. Secūdo ratione amicoꝛum. Tertio rōne eoꝝ: qui ſunt paſſi iniuſta. Quarto ratione eorum: qui ſunt paſſi iuſta. Secunda ibi. (Et ſi multi amici). Tertia ibi. (Et ſi amici ſint. (Quarta ibi (Aut iudicibus.) ¶ Pꝛima conſideratio talis. Ipſi homines maxime putant agere iniuſta indemnes: ſiue ſine dāno: qui ſunt potentes loqui. Et actiui ⁊ experti multoꝛū agonum: qꝛ tales rōne experientię credunt effugere damna: etiam ſi iniuſta agant. ¶ Secūda talis. Qꝛ etiam illi credunt euadere ſine damno: ſi eis ſint multi amici: ⁊ potiſſime ſi ſint diuites: ⁊ maxime putant talia poſſe: quādo ipſi dicti amici fuerunt in his: quę dicta ſunt. i. iniuſtificauerunt ſicut ipſi: ſed ſi non iniuſtificauerunt huiꝰ diuites amici: ſi amici: aut miniſtri: aut comparticipes: aut conſanguinei ipſi diuitibus ſunt tales. i. iniuſtificauerunt. Apparet etiam via ad non ſoluendum pęnam: ideo ſubdit̄. propter hoc poſſunt agere ⁊ latere. i. ꝺcipere ⁊ nō exoluere pęnam. Vtroqꝫ. n. modo aliquis eſt potens ad nō ſoluēdū: vel qui foꝛte fecit habens ſocietatē diuitū: vel alioꝛuꝫ qui diuitibus attinent. ¶ Tertia talis. Qꝛ etiam ſunt potētes ad non ſoluendū pęnaꝫ: ſi ſunt amici his: qui iniuſta patiūtur. ¶ Quarta talis. Qꝛ hoc etiaꝫ poſſunt: ſi ſunt amici iudicibus. Subdit aūt cām dictoꝛum. Nā iniuriantes amicis non exoluunt pęnam: qꝛ amici ſunt ſine cautela ad pati iniuſta: qꝛ non incedunt cauteloſe ponēdo quęrimoniā iudicibus: ⁊ pacificantur anteq̄ꝫ diuulgetur. Reddit etiā cauſam: qꝛ amici iudicum non exoluunt: qꝛ iudices cōdonant quibus amici fuerint: ⁊ totaliter dimittunt pęnam: ⁊ ſi dānificant: dānificant in paruis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Latitiui aūt ſunt: qui contrarij ſūt impoſitis velut circa vulnerationes: ⁊ pauper ⁊ turpis circa adulteria. Et valde ī manifeſto: ⁊ in oculis. non obſeruabiles enim: qꝛ nullus vtiqꝫ putaret. Et tanta ⁊ talia que neq̄ꝫ vnus. Nō obſeruabilia enim ⁊ hec. Omnes enim conſueta obſeruant velut infirmitates: ita ⁊ iniurias: qꝛ eniꝫ nullus inq̄ꝫ infirmatus fuit: nullus veret̄.

¶ Oſtendit qui pęnas non exoluunt: ex eo ꝙ ſunt latitiui. Et tria facit: qꝛ pꝛimo oſtendit hoc ex parte reꝝ iniuſtaꝝ. Secūdo ex parte iniuſtificantium. Tertio ex pte modorum iniuſtificandi. Secūda ibi. (Et quibus nullus inimicus). Tertia ibi. (Et quibus exiſtit occultatio.) ¶ Circa pꝛimū tria facit ſm ꝙ res iniuſta tripl'r pōt cōſiderari: ad ſuū contrariū: ad ſuas conditiones: ⁊ ad ſuam magnitudinem ⁊ qualitatē. Secūda ibi. (Et qđ valde). Tertia ibi. (Et tanta ⁊ talia). ¶ Pꝛima cōſideratio talis. Qꝛ illi ſūt latitiui: ꝗ ſunt contrarij impoſitis. i. ꝗ habent ꝯ̄rias conditiones rebus iniuſtis: quę imponuntur eis. Et ponit exemplum: ꝙ hꝰ ſunt debiles circa vulnerationes. Naꝫ foꝛtes conſueuerunt talia facere: ⁊ pauperes: ⁊ turpes circa adulteria: qꝛ diuites ⁊ turpes cōſueuerūt talia exercere. ¶ Secunda talis. Qꝛ exiſtentia valde ī manifeſto ⁊ in oculis cū maioꝛi latitatione tollunt̄. ⁊ dat cauſaꝫ dicti: qꝛ hꝰ res nō ſunt obſeruabiles. Nullus. n. talibus curam adhibet: quia nullus vtiqꝫ putaret: ꝙ talia ꝗs auderet accipere. ¶ Tertia talis. Qꝛ cū aliquis qñ iniuſtificat circa ea: quę ſunt talia: ⁊ tanta: quę vnus nō poſſet ꝑficere: ⁊ dat cām dicti: ꝗa omnia hęc non ſunt obſeruabilia. ¶ Manifeſtat autē h̄ ꝑ ſimile: qꝛ omnes obſeruant conſueta: ⁊ ſicut obſeruant infirmitates: ſic obſeruant iniurias. Nā infirmitatē illam qua nullus vnq̄ꝫ infirmatus fuit: nullus veretur: nullus timet: nullus obſeruat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quibus nullus inimicus aut multi. Hi quidem enim putant latere: qꝛ non obſeruantur. Hi autem latent: propterea ꝙ nō vident̄ vtiq̄ꝫ acceptaſſe: qđ obſeruabantur: ⁊ qꝛ reſponſio ꝙ non vtiqꝫ attentaſſent.

¶ Oñdit latitatiuos ex pte ipſoꝝ iuſtificātiū dicens: ꝙ illi ſunt latitatiui: ꝗbus eſt nullus inimicus: aut multi inimici. ⁊ dat cām dicti: qꝛ hi ꝗ nō hn̄t inimicos putāt latere: ꝗa non obſeruant: ⁊ nullus īponit eis inſidias. Hi aūt ꝗ hn̄t multos inimicos ꝑpterea latēt: qꝛ nō vn̄r. i. nō credunt̄ attētaſſe: qꝛ obſeruabant̄: vel inſidiabant̄ inimicis ſuis: ⁊ qꝛ cū ē qđ de eis. vtrū foꝛte feciſſent: vnuſqſqꝫ hꝫ ī coꝛde ſuo ſuppoſitionē hāc: ꝙ nō attētaſſent ꝑꝑ inſidias inimicoꝛū: ideo non creduntur foꝛte feciſſe. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et quibus exiſtit occultatio: aut modus: aut locus: aut diſpoſitio facilis.

¶ Oſtendit homines latere rõne modi ⁊ facilitatis iniuſti ficandi dicẽs:q̄ illi ſunt latitiui:quibus exiſtit occultatio: q̄z põt occulte facere: aut exiſtit eis modus iniuſtificãdi: aut locus:aut diſpoſitio facilis:q̄z de facili ⁊ cõmode iniu ſtificarĩ põt:pp qd̄ ,puerbialiter dr̄. Cõmoditas facit furẽ.

Et quibuſcunq; non latentibus ẽ ,ppulſatio pene: aut dilatio diuti-na:aut corruptiõe iudicum. Et q bus ſi fiat dãnũ: eſt depulſio poſ ſeſſiõis:aut dilatio diutina : aut ,p pter inopiã nihil habebũt : qd̄ per dant. Et quibus lucra quidem manifeſta : aut magna:aut prope. Dãna aũt parua: aut ima-nifeſta:aut longe. Aut cui nõ eſt punitio equa lis vtilitati:quã videtur habere tyrãnis.

¶ In parte iſta venaẽ pħs iniuſtificationes de facili rõne paucitatis damni:vel rõne lucri : quod dãnũ ſuperat. Po nit aũt quatuor conſiderationes circa hec. Quarũ prima reſpicit ipſam pęnã. Scd̄a reſpicit rẽ ẽm q̄ dãnũ ⁊ pęnã at tendit. Tertia reſpicit lucrũ. Quarta inęq̄litatẽ pũitiõis. Scd̄a ibi. (Et quibus ſi fiat). Tertia ibi. (Et qb⁹ lucrũ). Quarta ibi. (Aut cui nõ ẽ). ¶ Pria ꝯſideratio talis. Qꝛ il li ſunt praui ⁊ faciles ad iniuriandum quibuſcunq; nõ la-tentibus eſt ,ppulſatio pęnę.i.qbus pęna ,ppulſatur: ⁊ qua-ſi adulaẽ:dato q̄ non latent. Hęc aũt ,ppulſatio hƺ eẽ: vel q̄z dilatio eſt diutina ⁊ diuturna:q̄z non ſtatim ſoluũt vel corruptione iudicũ : cũ pęna aliqñ ad nihilum redigitur. ¶ Scd̄a talis. Qꝛ illi de facili iniuſtificant: quibus ſi fiat damnũ eſt depulſio poſſeſſionis: ideo q̄ nõ in perſona: ſƺ in rebus exoluũt pęnam:⁊ maxime hoc contingit qñ etiã in tali damnificatione eſt dilatio diutina: aut ſi pp inopiã nihil habent qd̄ perdãt. ¶ Tertia talis. Qꝛ illi de facili in iuſtificant:quibus quidem lucra ſunt manifeſta: aut ma-gna:aut prope:damna autem ſunt parua: aut imanifeſta: aut longe referantur ſingula ſingulis. ¶ Quarta talis ẽ. Qꝛ ille de facili iniuſtificat:cui punitio non eſt ęqualis vti litati:q̄z maior eſt vtilitas q̄ punitio: videnẽ iſti hr̄e quale .i.ęquale tyrãnis:q̄z ſicut tyranni non poſſunt eſſe prodigi ẽm pħm in ethicis:q̄z oĩa accipiunt quaſi ſua: propter qd̄ expenſę nunq̄ excedunt facultates:ſic iſtis in iniuſtificã-do punitio non excedit vtilitatem. Differt aũt hec maxia a pcedente:q̄z eſt generalior illa:q̄z lucrum ⁊ damnum ei oppoſitũ ,pprie videnẽ reſpicere res exteriores. Punitio aũt ⁊ vtilitas tam ẽm exteriora q̄ interiora attendi poſ-ſunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quibuſcunq; iniurie quidẽ ſunt acceptio nes. Dãna aũt opprobria ſolum.

¶ Docet cognoſcere de facili iniuſtificantes ratione eius: q̄z hñt cordi.⁊ q̄z non ęqualiter omnes homines cordi ha bent oĩa:ideo duo facit:q̄z primo inueſtigat: q̄ ẽm diuerſi tatem hominum:⁊ ẽm q̄ diuerſa cordi habẽt: diuerſimo de iniuſtificant. Scd̄o adducit quaſdã ꝯſiderationes: ẽm quas hoĩes iniuſtificant:q̄z habent aliq̄ apparentem ex-cuſationem de iuſtitia. Scd̄a ibi. (Et qbus vtiq;). ¶ Cir ca primũ tria facit ẽm q̄ diuerſitas hoĩum q̄tũ ad pſens triplr̄ attendiẽ. Nã ,ppria diuerſitas põt ſumi ex ipſis bo-nis ꝯcupitis:q̄z aliqui magis affectant honores: aliqui ve ro magis pecunias. Scd̄a ſumiẽ ex ipſo ſupiori pn° dirigẽ te ẽƺ q̄ aliq ſũt fortũati: aliq ifortũati ,put maius:aut mi nus pcipiunt influxus ſuperiores principij:⁊ ſubſtantiarũ ſeparatarum. Tertia diuerſitas habetur per reſpectũ ad principia intrinſeca:vt ad rõnem ⁊ appetitum: ẽm q̄ aliq

ſunt ꝑtinẽtes. Primo ergo ponit ꝯſideratiões p ꝯpara nẽ ad bonũ. Scd̄o p cõparationẽ ad fortunã. Tertio p cõparationẽ ad principia intrinſeca:vt ad intellectũ ⁊ ap petitũ. Secũda ibi. (Et q ſępe aut latuerint). Tertia ibi (Hic qbus vtiq; mor fit). ¶ Circa pᵐ ponit duas ꝯſi rationes:ẽm q̄ bona intrinſeca duplr̄ diuidũtur in pecu niam ⁊ honorem:ſiue vtile ⁊ honorabile. ¶ Prima ꝯ ſideratio oriẽ ex eo:q̄ aliq hoĩes magis diligunt pecuni Scd̄o vo ex eo:q̄ magis diligunt hoĩem. Scd̄a ibi. (Et q bus ꝯrium). ¶ Dicit ḡ primo:q̄ illi ſunt ,pni ad faciẽ iniuſta:qbus quęcunq; iniurię.i.iniuſtitię ſunt acceptiões vt q̄z iniuſta faciũt:acqrũt pecuniã:dãna aũt opprobria lũ. ¶ Notandũ aũt q̄ in h loco qbuſcunq; facit diſtri tionẽ ad cõmodũ:q̄z ſimplr̄ nõ oẽs hoĩes ſunt ,pni ad in riandũ:ſi debeãt accipere pecuniã ⁊ ſuſtinere opprobri ſƺ ſolũ ſunt huiꝰ qui ſunt talis moris. ¶ Deinde cũ dic

¶ Et quibus contrarium: iniurie quidẽ in qui dam laudem : puta ſi accidat ſimul puniuiſſ pro patre:aut matre:ſicut Zenõi. Damna au in pecunias:aut fugaƺ: aut tale aliquod vtriq enim iniurianẽ: ⁊ in vtroq; modo ſe habẽte Uerũtñ nõ idẽ:ſed cõtrarijs moribus.

¶ Ponit aliã ꝯſiderationẽ ẽm q̄ hoĩes diligũt honores cens:q̄ illi ſunt ,pni ad iniuriandũ:qbus ineſt ꝯrũ:vt ſi iurię ⁊ iniuſtitię ſunt in eis in q̄dã laudẽ ⁊ honorẽ:puta faciẽdo iniuriã:accidat eos ſimul puniſſe inimicos p aut matre:ſicut Zenoni accidebat:q ſimul cũ iniuria fuit:vindicauit mortẽ parentũ. Damna aũt ſint in pecu am:aut in fugã:vt q̄z opƺ eos exulare:aut aliqd tale:q põt mẽſurari numiſmate. Addit aũt q̄ vtiq;.ſ. diligen pecuniam ⁊ honorem vtroq; mõ ſe hñtes iniurianẽ. U rumtñ non idem:ſed ꝯrij moribus: q̄z qui iniuriantur lucrenẽ pecuniã:dato q̄ debeant opprobria ſuſtinere: ꝯrij moribus hiꝰ:q faciunt ecõuerſo. ¶ Deinde cũ dic

¶ Et qui ſepe aut latuere : aut non damnifi ti fuerunt.

¶ Ponit ꝯſiderationes p cõparationẽ ad fortunã. Et facit ẽm q̄ duas ꝯſiderationes ponit. Quaꝝ prima r cit eos:q vñr bonã fortunã habere. Scd̄a vo eos q m Scd̄a ibi. (Et q ſępe ,pficere). ¶ Prima talis. Qꝛ illi ,pni ad iniuriandũ:qui aut ſępe latuerant:aut nõ dam cati fuerunt.q̄z ḡ vr̄ eis habere fortunam ſecum: nõ cu iniuriari. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qui ſepe perficere nequiuerunt. Sunt quidem ⁊ in talibus: ſicut ⁊ in bellicis:qui uicti penitus volunt vincere.

¶ Ponit aliam.ſ.q̄ illi ſępe nequeunt perficere qd̄ inti bant:ppter quod infortunati videntur inardeſcentes obtinendũ ,ppoſitum facilius iniuriam faciunt: qd̄ ma feſtat p ſimile.q̄ in talibus iniuſtificationibus ſunt q ſe habentes:ſicut in bellicis:q̄ victi penitus volunt vi re:ideo ſunt ,pni ad aggrediendum pugnã:ſic iſti nõ va tes pficere qd̄ volunt:quaſi reputantes ſe victos ſunt p ad faciendum iniuſtitiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quibus vtiq; mor fit delectabile:triſti tem poſterius:aut lucrum: damnum autẽ p ſterius. Incontinẽtes aũt tales. Eſt autem continentia circa omnia quecũq; appetunt.

¶ Ponit conſiderationes per comparationẽ ad ration ⁊ appetitũ prout aliqui ſunt continentes ⁊ incontinẽ Secunda ibi. (Et in qbus vtiq; ꝯriũ. ¶ Dicit ḡ primo incontinentes

incõtinentes ſunt ꝓni ad iniuſtificandũ:ꝗbus vtiqꝫ ex iniuſtitia mox fit delectabile:triſte aũt poſterius:aut ſtatim habent lucrum:damna aũt habent poſterius:⁊ tales: qui ſic agunt:ſunt incõtinentes:accipiẽdo incõtinẽtiã large:prout ſe extendit ad oẽm iuſtitiã.ideo addit ꝙ incontinentia:de qua hic loquiẜ:eſt circa omnia:quę homines appetunt. ¶ Deinde cum dicit.

**Et quibus vtiqꝫ cõtrariũ:triſte quidem aut dãnum iam. Hos autem ⁊ ꝓficuũ poſteriora ⁊ diuturniora. Incontinentes autem ⁊ prudẽtiores talia perſequuntur.**

¶ Ponit conſideratioñe cõtrariã dicens:ꝙ in quibus eſt contrariũ.ideſt ꝯtrarius mos cõtrario modo iuſtificãt:qꝛ ſunt ꝓni tales ad iniuſtificandũ:ſi iaꝫ.ideſt ſtatim ineſt eis triſte:aut damnũ:delectabile vero ⁊ ꝓficuum ſunt eis poſteriora ⁊ diuturniora. Addit aũt ꝙ ꝗ talia ꝓſequũtur:ſunt continẽtes ⁊ prudentes. Aliqui textus habẽt incõtinẽtes:ſed littera eſt corrupta:qđ patet ex alia littera:vbi habeẜ:qui ſunt ſuper fine radicis. ¶ Notandũ aũt ꝙ cõtinentia ⁊ prudentia nõ ſumunẜ hic ꝓ virtutibus principalioribus:quia ſic virtuoſi non iniuſtificant:ſed pro naturalibus. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Et quibus vtiqꝫ contigerit opinari agere ꝓpter fortunaꝫ:aut ꝓpter neceſſitatẽ:aut ꝓpter naturam:aut propter conſuetudinem:⁊ totaliter peccare:ſed non iniuſta facere.**

¶ Ponit conſiderationes:ẜm quas aliqui iniuſtificant:qꝛ habent aliqualẽ excuſationẽ. Et duo facit:qꝛ primo facit quod dictum eſt. Scđo qꝛ dixerat hoies contrario modo ſe habẽtes cõtrarie iniuſtificare:ne crederet aliqs hoc eẽ vniuerſalr verũ.adducit cõſiderationes: ẜm quas cõtrarie ſe habẽtes eodẽ mõ iniuſtificãt. Scđa ibi. (Et q̃cũqꝫ vtiqꝫ.) Prima pars diuidiẜ in ptes duas ẜm ꝙ duas conſiderationes ponit. Scđa ibi. (Et quibus vtiqꝫ.) Prima cõſideratio talis:qꝛ homines iniuſtificant in his:ex quib⁹. ideſt ẜm ꝙ contingit opinari eos agere ꝓpter fortunam: aut ꝓpter neceſſitatem:aut ꝓpter naturã:aut ꝓpter conſuetudinẽ:ꝙ habent excuſationẽ a peccato:qꝛ neceſſitate vel natura:vel aliquo tali ducti nõ volũtarie iniuſtificãt in his:ẜm quę crediẜ peccare:ſed nõ iniuſta facere.dicit enim peccatũ ipſaꝫ actionẽ inordinatã ẜm iniuſta facere. Addit ſupra h rõnẽ voluntariã:ideo qui nõ volũtarie iordinate agit:peccat:ſed non iniuſtificat. ¶ Deide cũ dicit.

**¶ Et quibus vtiqꝫ fuerit id:quod eſt optimum adipiſci.**

¶ Ponit aliã:qꝛ illi iniuſtificant quibus fuerit.ideſt ꝗbus cõtingerit adipiſci:id quod eſt optimum:⁊ honeſtũ:⁊ pulchrũ. Videnẜ enim hoĩes excuſabiles ab iniuſtitia quando ex iniuria:quã inferant acquirunt:aliquem ſtatum honoris. ¶ Dinde cum dicit.

**¶ Et quicũqꝫ vtiqꝫ indigentes fuerint: duplr enim ſunt indigentes:aut enim vt neceſſarij:ſicut egeni:aut vt exceſſus ſicut diuites.**

¶ Ponit conſiderationes ẜm quas cõtrarij eodem modo iniuſtificant. Scđa ibi. (Et qui valde.) Prima talis:ꝙ ꝗcũqꝫ fuerint indigentes de facili iniuſtificant:tamẽ indigentes ſunt duplr ⁊ ꝯtrarie:quia aut ſunt tales:aut neceſſarij:ſicut egeni ſint:aut exceſſus:ſicut diuites:tã enĩ diuites q̃ꝫ pauperes aliena accipiunt:quia vtriqꝫ indigent:ſꝫ non eodem modo. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Et qui valde complacentes:⁊ qui valde inglorij:hi quidem vt non gloriantes. Ipſi ꝗdẽ igitur ſic ſe habentes attentant.**

¶ Ponit ꝯſideratioñe ſcđam:qꝛ valde complacẽtes.i.valde honorabiles per ſe:⁊ valde inglorij.ideſt qui ſunt ſine omni honore de facili iniuſtificant:ſed non eodeꝫ modo. nam hi ideſt inglorij iniuſtificant:vt nõ gloriantes:nihil enim poſſunt perdere de honore ⁊ gloria:qꝛ nullũ habẽt. hi autẽ.ideſt valde glorioſi ⁊ complacentes iniuſtificant: tanq̃ꝫ nihil magis gloriantes:videẜ eniꝫ eos eſſe in apice honoris:⁊ non poſſunt ipſum ãmittere. Ultimo epilogat ꝙ ipſi ꝗdẽ igiẜ ſic ſe hñtes:vt dcm̃ ẽ:acceptãt iniuſtificaẜ.

**INiuſta autem faciunt in tales:⁊ talia habẽtes:quibus ipſi indigẽt vel in neceſſaria:vel in exceſſum: vel in fruitionem.**

¶ In parte iſta phs venaẜ in quales:⁊ q̈lia habentes hoĩes iniuſtificant. Et duo facit:qꝛ primo pręmittit intentionẽ ſuã. Scđo exequiẜ. Secunda ibi. (Et in remotos.) Dicit ergo p̃mo:ꝙ hoĩes faciunt iniuſta in tales:quales nos dicemus. Et in talia habentes:quibus ipſi indigent:⁊ diſtinguit modos idigẽtię: qꝛ quis põt idigere in neceſſaria vt egenus:vl' in exceſſuꝫ vt diues:vel ĩ fruitionẽ vt voluptuoſi. ¶ Deĩde cũ dicit.

**¶ Vel in remotos ⁊ propinquos:horũ enĩ punitio tarde velut predantes Calcedones.**

noſtrarum.ideſt potentiarum noſtrarū.potentię autem ſunt quędā partes animę noſtre.ergo per voces:⁊ per ęloquia contingit perſuadere:⁊ triumphari:⁊ inde eſt:ꝙ rapſodia:⁊ hypocritica:que innititur geſtibus:⁊ alie artes: vt tragędia ⁊ poetria inuentę ſint: vt per ęloquia:⁊ per geſtus triumphemur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem poete loquentes leuia propter eloquium videbantur acquiſiuiſſe hanc gloriā. Propter hoc poetica locutio primo facta ē.puta Gorgie. Et nūc adhuc multi ineruditoꝝ tales putant diſputare optime. Hoc autem non eſt.ſed altera orationis:⁊ poeſeos locutio. Manifeſtat autem ꝙ accidit.

¶ Oſtendit quomodo diuerſimode ſpectat ad poeticam ⁊ ad rhetoricam determinare de locutione. Nam rhetorica eſſentialiter eſt de perſuaſibilibus.ſi autem eſt de locutionibus:hoc eſt inquantum per ea fit perſuaſio. Sȝ tragędia ⁊ poetica eſſentialiter non ſunt circa perſuaſiones:ſed credulitatem:quam inducunt:potiſſime efficiunt per ſermonem repręſentatiuū:⁊ per ſermonem ornatum:⁊ qꝛ ſm̄ diuerſa tp̄a diuerſa gn̄a metroꝝ ſunt in vſu. iō locutio vt ſpectat ad poeticā magis eſt variabilis:vt ſpectat ad rhethoricam magis eſt vniformis. Tria ergo facit philoſophus. Primo enim oſtenditur:ꝙ aliter determinat de locutione rhetorica aliter poetica. Secundo quod dixerat manifeſtat per quoddam ſignum. Tertio concludit qualiter terminandū ſit de locutione ab ipſo rhetore. Secūda ibi.(Neqȝ enim qui tragędias.) Tertia ibi.(Propter quod erit ridiculū.) Dicit ergo:ꝙ poetę loquentes leuia propter ęloquium acquirebant gloriam:licet illis verbis non ſubeſſet ponderoſitas ſententię:⁊ propter hoc.ideſt propter gloriam habendam facta fuit poetica locutio.puta illa quę eſt Gorgię. Et in hoc videtur cōuenire poetria cū rhetorica:quia ex locutione videtur triumphare ⁊ vincere:ſicut rhetor.immo adhuc multi eruditi loquendo ⁊ faciendo plura latina.putant optime diſputare.hoc autem non eſt ita:ſed altera virtus eſt orationis:ſm̄ ꝙ per pōderoſitatem ſententię aggenerant credulitatē. Et oſtendit ꝙ dicitur:⁊ alia eſt locutio poeſeos ſm̄ ꝙ per ornatū verborum demulcet aures audientiū. Et quia magis ſpectat determinare de locutione:vt eſt perſuaſiua. Ad poetam autem magis:vt eſt demulciua:⁊ repręſentatiua:non eodem modo conſiderabit de locutione poeta ⁊ rhetor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neqȝ enim qui tragedias faciūt adhuc vtūtur eodem modo:ſed quemadmodum exametri in iambicum tranſierunt:quia orationi.hoc metroꝝ genus ſimilimū eſt aliorum. Sic ⁊ nomē dimiſerūt quecunqȝ penes ydiomata ſunt. Quibus autem priores ornabant:⁊ adhuc nunc qui exametra dimiſerunt.

¶ Manifeſtat quod dixerat per quoddam ſignum. Nā quia poeta potiſſime intendit demulcere ⁊ repręſentare ⁊ diuerſa diuerſis temporibus demulcēt:magis determinat de locutiōe poeta modo mutabili:⁊ rhetor modo immutabili. Cōtinuet̄ ergo ſic. Dixi ꝙ altera eſt locutio orationis rhetoricę:altera poeſeos. Hoc autē manifeſtat qđ accidit:quia qui tragędias faciunt:non ſemper vtunt̄ eodē modo:nec eiſdē verſibus exametris:trāſierunt.n.in iambicū. Qui autem ſunt verſus exametri:qui iambici:⁊ quomodo ſe habȝ rapſodia ad tragędiam:⁊ quomā poetria ad hypocritatem determinare nō eſt pręſentis ſpeculationis. Sȝ ſi contingit nos ſuper poetriā aliquid oſtendere:declarauimus quod dictum eſt. Dat autem cauſe:quare ex verſibus exametris tranſierunt poetę ad iambicos dicens:ꝙ hoc genus metrorū eſt ſimilimum alioꝝ:ad ſimilia autem ⁊ commouentia facilis eſt tranſitus. Addit autem ꝙ ſicut poetę dimiſerunt aliquod genus verſuū: ſic dimiſerunt aliqua genera nominum:vt nomina ficticia:quę ſumūtur penes ydiomata.ideo ſubdit:ꝙ nomina quibus priores ornabant verſus ſuos exametros:qui noſtra exametra faciunt:dimiſerunt ad alia trāſeundo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter qđ erit ridiculū mutari iſtos:ſi ipſi non adhuc vtuntur illo modo. Quare manifeſtum:ꝙ non omnia quecunqȝ de locutione dicere pertractandum eſt nobis. Sed quecunqȝ de tali qualem dicimus de illa dictum eſt in his autem que de poetica.ſunt igitur illa conſideratiua.

¶ Concludit qualiter determinandum ſit a rhetore de locutione dicens:ꝙ ridiculum eſt immitari illos poetas:ex quo ipſi ſic imitantur:⁊ non vtuntur eodem modo:quo prius vtebantur. Ergo manifeſtum eſt:ꝙ non eſt tractandum a nobis omnia quęcunqȝ poſſunt dici de locutione: ſed dicenda ſunt a nobis quęcunqȝ dicenda ſunt de locutione tali:qualem dicimus locutionem rhetoricā. Sȝ de illa:ſiue de illo modo loquendi:qui ſic variatur dictum eſt in his:quę de poetica.ideſt poetria:quā edidimꝰ. Sunt igitur illa conſideranda a nobis:qꝛ non ſic variantur.

VT determinetur locutionis virtus claram eſſe ſignum eſt. Quia oratio que nō manifeſtauerit:nō faciet ſuum opus.

¶ Poſtq̄ philoſophus oſtēdit:ꝙ ſpectat ad rhetorem determinare de illo genere locutionis:quod dicitur ſcriptum ⁊ agoniſticū:vel quod idem eſt:poſtq̄ oſtendit ꝙ rhetor debet determinare de diſpoſitione dictionum:⁊ de modo dicendi. Hic in parte iſta determinat de prędictis generibus locutionis ſm̄ ſe:⁊ quaſi in communi. Secundo determinat de locutione ſigillatim circa vnumquodqȝ genus politicum. Secūda ibi.(Concionalis quidem igitur.) Circa primum duo facit:quia primo determinat de diſpoſitione actionū:ſiue de illo genere:quod dicitur ſcriptum agoniſticum. Secūda ibi.(Oportet autem non latere:ꝙ vnicuiqȝ generi.) Locutio autem poteſt tripliciter conſiderari. Primo per comparationem ad iſtas dictiones:quas continet. Secūdo ad ornatum. Tertio ad intellectum. Locutio eni rhetorica non ſolum debet continere debitam diſpoſitionē dictionum:ſed etiam debet eſſe decens ſecundū ornatū ⁊ debet eſſe clara ſecundum intellectum. Tria ergo facit: quia primo oſtendit:ꝙ locutio debet eſſe debite diſpoſita ſm̄ dictiones:quas continet. Secundo oſtendit qualiter debet eſſe ornata. Tertio qualiter debet eſſe clara ſm̄ intellectum. Secunda ibi.(Ad dilationem autē.) Tertia ibi.(Elocutionem autem neceſſe eſt.) Debita autem diſpoſitio dictionum poteſt attendi quantum ad tria. Pri



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

mo ꝙ locutio ſit propria. Secūdo ꝙ nō ſit abuſiua. Tertio ꝙ ſit congrua. Ideo tria facit. Secunda pars ibi. (Inſipida autem.) Tertia ibi. (Eſt autem principale locutionis.) Pria pars: in qua docet diſponere dictiōes vt ſit locutio propria: diuiditur in partes duas: quia pmo prçmittit quaſdam proprietates orationis. Secundo exequitur de intento. ibi. (Nominum autem ⁊ verborū.) Circa primum duo facit ſm ꝙ duas proprietates ponit. Secūda ibi. (Et neqꝫ humile.) Prima proprietas orationis rhetoricç eſt: ꝙ virtus eius ſic determinetur: quod debet eſſe clara ⁊ manifeſta: cuius ſignum eſt: quia oratio: quç non manifeſtat intentum eſt fruſtra: non eniꝫ facit opus ſuū: nec agit id: ad quod eſt ordinata. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Et neqꝫ humilem: neqꝫ ſuper dignitatem: ſꝫ decentem: poetica eius forte non humilis: ſed non decens orationem.

⁋ Ponit ſecundam proprietatem: ꝙ oratio rhetorica non debet eſſe multum humilis: vt ꝙ vtatur verbis infimis ⁊ nominibus nimis groſſis. Nec etiaꝫ debet eē ſupra modum digna: vt ꝙ vtatur verbis nimis ampuloſis. ſed debet eſſe decens media inter ſtillum nimis altum: ⁊ nimis infimum. Et in hoc differt a poetica locutōe: quia poetica locutio: licet forte non debet eſſe humilis. non tamen huiuſmodi orationem oportet eſſe quid decens: ſed eſt quid amplioſum ⁊ ornatuꝫ. Et dicit forte: quia in hoc libro nō traditur ars poetricç. ideo ſub dubio dicit: qualis debeat eſſe locutio poetica. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Nominum autem ⁊ verborꝫ planam quidē faciunt propria: non humilem: aut ornatam. Alia nomina quecunqꝫ dicta ſunt in his: quedam poetica.

⁋ Exemplificat de intento. Ad cuius intelligentiam notādum: ꝙ quattuor ſunt: quç videntur reddere locutionem impropriam. videlꝫ ꝙ nomina aliena ⁊ ficticia: metaphorica: ⁊ equoca ⁊ ſynonyma. Ideo quattuor facit: quia pmo oſtendit quomodo oratio rhetorica ſe habet ad nomina aliena. Secundo quomodo ſe habet ad nomina ficticia. Tertio quomodo ſe habet ad metaphoras. Quarto quomodo ſe habet ad equiuoca ⁊ ſynonyma. Secunda ibi. (Propter quod non oportet.) Tertia ibi. (Et metaphorç ſolç.) Quarta ibi. (Nomen autem ſophiſtç.) Circa primum tria facit: quia primo dicit: ꝙ rhetor nō debꝫ vti nominibus alienis. Secundo quod dixerat probat per ſimile. Tertio oſtendit: ꝙ ars poetica poteſt talibus nominibus vti. Secunda ibi. (Diſſueta eniꝫ loqui.) Tertia ibi. (In metris quidem igitur.) Dicit ergo: ꝙ propria nomina: ſiue propria verba faciunt orationem planaꝫ: ⁊ faciūt eam non humilem. ſed decentem. ergo proprijs nominibus debet vti rhetorica. He due ſunt proprietates orationis rhetoricç. videlicꝫ. ꝙ debet eſſe plana ⁊ clara: ⁊ nō humilis: ſed decens. Nominibus autem alienis nō debꝫ vti quia nomina alia. ideſt aliena: de quibus dictū eſt in his: quç tradidimus de poeta: reddunt locutionem ornataꝫ. ideſt amplioſam: ⁊ excelſam: ⁊ non competit rhetoricç. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Diſſueta enim loqui fecit videri venerabiliorem. Sicut enim ad extraneos: ⁊ ad ciues homines idem patiuntur: ⁊ ad eloquium: ꝓpter qđ oportet facere extraneum ydioma. Admiratores autem aduenarum ſunt. Delectabile autem qđ mirabile eſt.

⁋ Probat quod dixerat per ſimile dicēs: ꝙ loqui diſſueta ⁊ aliena facit videri orationem venerabiliorem ⁊ ampliorem ꝙꝫ requirat ſermo rhetoricus: quod patet per ſimile: quia ſicut nos habemus ad extraneos: ⁊ ad ciues: ꝙ extranei propter diſſuetudinem ſunt nobis admirabiles: ciues vero propter conſuetudinem redduntur cōtemptibiles: ſic hoc quidem patimur ad eloquium quod extraneū eloquium eſt admirabile: propter quod facere extraneuꝫ ydioma: eſt reddere auditores admirabiles: quia ſinguli ſunt admiratores aduenarum ⁊ extraneoruꝫ. Talis ergo locutio non eſt rhetorica: ſed poetica: ⁊ non eſt proprie perſuaſiua: ſed ſolum demulcet. ⁊ delectat auditum. ideo ſubditur: delectabile autem mirabile eſt. ⁋ Deīde cuꝫ dicit.

⁋ In metris quideꝫ igitur ⁊ multa faciūt: hoc ⁊ congruit ibi: plus enim diſtant circa que ⁊ circa quos ſermo. In nudis autem orationib⁹ multo paucioribus: hypotheſis eni minor.

⁋ Oſtendit: ꝙ talis locutio non eſt rhetorica: ſed poetica. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo adducit quoddam exemplum ad manifeſtanduꝫ propoſitum. Secunda ibi. (Quoniam ⁊ hic.) Dicit ergo: ꝙ poeta multa hçc. ideſt multa talia vt multa diſſueta faciunt in metris: ⁊ cōgruit ibi: ⁊ eſt ratio: quia plus diſtant in metris: circa quç ⁊ circa quas eſt ſermo: ꝙꝫ fit in nudis orationibus. Non enim oportet ita extranee loqui in multis orationibus: ſicut in metris. multo ergo paucioribus extraneitatibus vtitur rhetorica ꝙꝫ poetica. Minor eniꝫ eſt hypotheſis. ideſt ſuppoſitio in nuda oratione ꝙꝫ in metrica. In metrica enim oportet eſſe conſonatiaꝫ peduꝫ ⁊ ſyllabaruꝫ: ⁊ multa alia oportet ibi ſupponere: propter quod recipiuntur ibi multç extraneitates. ⁋ Deinde cū dicit.

⁋ Quoniam ⁊ hic ſi ſeru⁹ cōptius fiat ꝙꝫ decet aut valde iuuenis indecentius ꝙꝫ de valde paruis. Sed eſt ⁊ in his contractum ⁊ augumentatum quod eſt decens.

⁋ Manifeſtat quod dixerat per exemplum dicens: ꝙ hic in oratione rhetorica: quç eſt quaſi nuda reſpectu orationis metricç. Si ſeruus deſcribatur valđ comptus: vt pulcer: magnus: ⁊ elegans: aut valde iuuenis: ⁊ paruus: ⁊ imbecilis indecens eſſet: quoniam de valde paruis non debet eſſe ſeruus: nec ſupple de multum elegantibus: ſed debet eſſe decens: vt ſit medius: nec vt ſit contractus. ideſt paruus ⁊ deſpectus: ſed ꝙ oportet: ⁊ augmentatus. ideſt magnus ⁊ elegans ſm ꝙ conuenit: quia dixerat: ꝙ licꝫ in oratione metrica ſuſtineatur: ꝙ res deſcribatur infra ſuū ſtatum. vel etiam ſupra in rhetoricis non debent deſcribi niſi medio modo ſm ꝙ oportet. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Propter quod oportet latere facientes: ⁊ nō videri dicere ficte: ſed apte nate. Hoc enim ꝑſuaſiuum: illud autem contrarium. Ut eius ad fraudulentos criminantur: quemadmodū ad vina mixta.

⁋ Oſtendit qualiter ſe habeat oratio rhetorica ad nomina ficticia. Et tria facit: quia primo oſtēdit talibus nominibus non eſſe vtendum. Secundo quod dixerat manifeſtat per exemplum. Tertio ex dictis concludit quibus

noībus

nominibus: ⁊ quibus verbis debeamus vti in ſermone rhetorico. Secunda ibi. (Et quale vox Theodori.) Tertia ibi. (Exiſtentibus autem nominibus.) ¶ Dicit ergo: ꝙ ſi volumus perſuadere: debemus latere: ideſt abſentare nos a ſermonibus fictitijs: vt non videamur ficte dicere. Et eſt ratio: quia hoc eſt perſuaſiuum. illud autem: ideſt ficta locutio facit contrarium huius: ſic enim terminamur ad fraudulentos: ſicut ad vina mixta. Quia ergo ficte loquitur: quaſi aſſimilatur fraudulentibus ⁊ vinis mixtis: que non ſunt talia: vt apparent. propter quod eo ipſo videtur: ꝙ ei non ſit credendum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quale vox Theodori paſſa eſt ad eam: que eſt aliorũ hypocritarũ. Hec quidem enim dicentis videbãtur eſſe. hec autem aliena. Furatur autem facile: ſiquis ex conſueto ydiomate eligens componat. Quod quidem Eurypides facit: ⁊ oſtendit primum.

¶ Manifeſtat quod dixerat dicens: ꝙ vox Theodori fuit hec paſſa ad eam vocem: que erat aliorum hypocritarum: quia Theodorus ſua voce increpabat alios hypocritas: eo ꝙ videbantur ficte loq accipientes aliena ydiomata miſcentes cum proprijs: ideo ait: ꝙ hec dicta videbantur eſſe: dicens quantum ad id: quod proprie loquebantur. hec autem aliena quantum ad id: quod dicebant fictitie. ¶ Et notandum ꝙ alienum dicitur dupliciter. Uno modo alienum idem eſt qđ extraneum ⁊ inconſuetum: ⁊ ſic non licet vti dictis alienis. Alio modo: ꝙ licet dictum alterius poteſt dici dictum alienum: ⁊ ſic bene licet vti dictis alienis: quia poſſumus per dicta aliorum confirmare ⁊ declarare noſtra: ideo ſubdit: ꝙ ſi homo faciendo orationem rhetoricam vult eaz ornare dictis alienis furando dicta aliorum facile ⁊ congrue fit: ſi componat: ⁊ eligat ydiomata conſueta non fictitia: quod Eurypides primus fecit: ⁊ etiam oſtendit ſic fieri.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Exiſtentibus autem nominibus ⁊ verbis: ex quibus oratio conſtituitur: nominibus autem tot habentibus ſpecies: quot conſiderata ſunt in his: que de poeſi. Horum linguis quidem eſt duplis nominibus ficticijs raro ⁊ in paucis locis vtendum. Ubi autem poſterius dicere: propter quid autem dictum eſt. Plus enim variat ꝗ deceat. Proprium autem ⁊ conueniens.

¶ Oſtendit quibus nominibus ⁊ verbis ſit vtendum dicens: ꝙ cum nomina ⁊ verba: ex quibus componitur oratio tot ſint: ⁊ tot ſint ſpecies eorum: quot conſiderata ſunt in his: que dicemus de poeſi: ideſt in arte poetica. ⁊ ſubdit: ꝙ in omnibus enim linguis vtimur horum duplis nominibus: videlicet fictitijs ⁊ proprijs: ſed fictitijs raro ⁊ in paucis eſt vtendum. vbi autem vtendum ſit eis: dicemus poſterius in iſto eodem capitulo. Et quia fictitia nomina ſunt quaſi ſuperflua: ideo dictum eſt: ꝙ vtenti talibus nominibus: ꝙ plus narrant ꝗ deceat. Non ergo accipiendum eſt nomen fictitium: ſed proprium ⁊ conueniens.

ET metaphore ſole vtiles ad eã: q̃ nudarum elocutionum.

¶ In parte iſta comparat philoſophus ſermonem rhetoricum ad metaphoras. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum ſuum ibi. (Signum autem quia his ſolis.) ¶ Dicit ergo: ꝙ inter alias extraneitates ſole metaphore ſunt vtiles ad eam locutionem: que eſt nudarum orationum. ſ. ad locutionem rhetoricam: que eſt nuda reſpectu metaphorice. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Signum autem: quia his ſolis omnes vtuntur. Omnes enim metaphoras alloquuntur ⁊ conuenientibus ⁊ proprijs.

¶ Manifeſtat quod dixerat. Et duo facit ſm ꝙ dupliciter manifeſtat propoſitum. Secunda ibi. (Quare palaz). Propria probatio ſumitur ex ſigno: nam ſignum eſt: ꝙ inter alias extraneitates ſolis metaphoris ſit vtendum in ſermone rhetorico: quia omnes rhetores his ſolis vtuntur. Omnes enim alloquuntur metaphoris conuenientibus ⁊ proprijs. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Quare palam quidem: ſi bene fecerit quis erit peregrinum: ⁊ latere cõtingit: ⁊ deificabit. Hoc autem erat rhetorice orationis virtus.

¶ Adducit ſecundam probationem: que talis eſt. Uirtus orationis rhetorice eſt: ꝙ ſit aliquo modo media inter peregrinum ⁊ clarum: ita ꝙ vtrunqz percipiat. Nam debet aliquo modo eſſe latens ⁊ peregrina: quia non debet eſſe multum humilis: ⁊ debet eſſe clara: quia non debet eſſe minus excellens ⁊ amplioſa. Cum ergo palam ſit: ꝙ qui bene fecit metaphoras: loquitur peregrine ⁊ clare: manifeſtum eſt: ꝙ vti metaphoris ſpectat ad rhetorem.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Nomen autem ſophiſte quidem eſt equiuocationis opportune. Penes has eniz malignãtur: poete autem ſynonyme. Dico autem propria: que ⁊ ſynonyma: puta progredi ⁊ ambulare. Hec enim ambo ⁊ propria: ⁊ ſynonyma inuicem.

¶ Comparat ſermonem rhetoricum ad equiuoca ⁊ ſynonyma. Et duo facit: quia primo oſtendit: ꝙ non ſpectat ad rhetorem vti nominibus equiuocis ⁊ ſynonymis. Secundo quia dixerat: ꝙ rhetor debet vti metaphoris: determinat de his metaphoris: qualiter eis ſit vtendum. Secunda ibi. (Qđ quidem igitur.) ¶ Intendit ergo primo talem rationem. Propriuz eſt ſophiſticum vti equiuocis: ⁊ poetaruz ſynonymis. Rhetor: nec eſt ſophiſta: nec eſt poeta. ergo nec equiuocis: nec ſynonymis vti dz. De hac autẽ ratione ponit ſolum maiorem dicens: ꝙ ſophiſte optime operantur circa equiuocationes nominum: ⁊ penes tales equiuocatiões malignantur. Poete autem vtuntur ſynonymis: ⁊ exponit quid appellat ſynonymum dicens: ꝙ nomina propria ⁊ ſynonyma ſunt: puta progredi: ⁊ ambulare. Hec enim ambo ſunt propria: quia non ſunt extranea: ⁊ quia idez ſignificant ſunt ſynonyma adinuicem. Sunt enim ſynonyma plura idem ſignificantia. ¶ Deiñ. cũ. d.

¶ Quod quidem igitur horum vnumquodqz eſt: ⁊ quot ſpecies metaphore: ⁊ ꝙ hec plurimum poſſit: ⁊ in poeſi: ⁊ in orationibus metaphore dictum eſt: quemadmoduz diximus in in his: que de poetica.

¶ Determinat de metaphoris. Et duo facit: qꝛ primo oſtẽ

dit:ꝙ diſtinguere metaphoras ſpectat ad poeticam. Secundo preſuppoſita diſtinctõe metaphoricę oſtendit: qualiter metaphoris ſit vtendum. Secunda ibi. (Tanto autem in oratione.) ¶ Dicit ergo: ꝙ quid ſit vnumquodqȝ eorum. i. quid ſit vnumquodqȝ ęloquium metaphoricuȝ: ⁊ quot ſpecies metaphoricę: ⁊ ꝙ genus metaphorę poſſit plus: dictum eſt in poeſi in diuiſionibus metaphoricę. i. in hoc tractatu: ita vbi de metaphoris agetur: quia etiam ad rhetorem ſpectat aliquo modo determinare de metaphoris: vnde dicuntur in hoc libro aliqua de metaphoris: quę etiam diximus in his: quę dicta ſunt de poetica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tanto autem in oratione oportet magis laborare de ipſis: quanto ex paucioribus auxilijs omnino eſt ꝙ̄ metra: ⁊ euidētiā: ⁊ delectationem: ⁊ extra neceſſitateȝ habet maxime metaphora: ⁊ accipere ipſam non eſt ab alio.

¶ Oſtendit quomodo metaphoris ſit vtendum. Et duo facit: quia primo oſtendit hoc in vniuerſali. Secundo in ſpeciali. Secunda ibi. (Eſt autem in ſyllabis.) ¶ Circa primum tria facit: quia primo dicit: ꝙ difficile eſt vti debitis metaphoris in rhetorica. Secundo dat regulaȝ qualiter metaphoris ſit vtendū. Tertio docet adaptare vſuȝ metaphoricum ad negocium laudatiuū ⁊ vituperatiuuȝ. Secunda ibi. (Oia aūt impoſita.) Tertia ibi. (Et ſi ornare.) ¶ Dicit ergo primo: ꝙ ſi volumus vti metaphoris in oratione rhetorica: tanto magis oportet laborare ad vtendum ipſis: quanto oratio rhetorica ex paucioribus auxilijs eſt conſtituta ꝙ̄ metra. Non enim ita auxiliamur ⁊ defendimus orationē nudam: quando continet extraneitates: ſicut defendimus orationem poeticam: ideo cum metaphora videatur magis habere euidentiaȝ ⁊ delectationem extraneitatem: ꝙ vtamur metaphora in ſermone rhetorico: vbi modica extraneitas conceditur eſt valde difficile: ideo ſubditur: ꝙ in rhetorica non eſt accipere ipſam metaphoram ab alio. i. alieno ⁊ extraneo ęloquio. ſic enim vti debemus metaphoris: ꝙ ibi modicas extraneitates cõcomitatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet autem impoſita ⁊ metaphoras cõgruentes dicere. Hoc autem erit ex proportionali. Si autem non indecens apparebit: quia ſecus inuicem contraria maxime apparent. Sed oportet intendere: quomodo iuueni palma conueniens ſit: ſeni aliquid. Nõn. n. eadem decet veſtis.

¶ Oſtendit quomodo metaphoris ſit vtendum dicens ꝙ oportet nos facere impoſita: vt ꝙ vtamur metaphoris ita tamen. ꝙ dicamus metaphoras congruentes. Hoc autem erit: ſi ſumatur metaphora ex proportionali: quia ſi non ſit metaphora proportionata: indecens apparebit: quia contraria iuxta ſe poſita maxime eluceſcunt. Si ergo metaphorā non adaptant ei: cui conuenit ſecunduȝ cõtrarium: ſtatim apparebit indecens. Oportet ergo intēdere: ꝙ diuerſis diuerſa conueniunt. Iuueni enim aliquid conuenit vt palmę: ideſt victorię: ⁊ agones: ⁊ ſeni aliquid vt quies: ⁊ etiam in indumentis ⁊ in alijs intendendum: quia diuerſis diuerſa conueniunt. Non enim eadem veſtis conuenit ſeni ⁊ iuueni: domino ⁊ ſeruo: cuilibet ergo debemus congruas metaphoras adaptare. ¶ Deinde ⁊c̄.

¶ Et ſi ornare voluerit a melioribus eorū: que in eodem genere fere metaphoraȝ: ⁊ ſi vituperare a deterioribus.

¶ Docet adaptare vſum metaphorę ad laudem ⁊ vituperium. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat quod dixerat ibi. (Dico autem.) ¶ Dicit ergo: ꝙ ſi aliquis vult aliquem ornare ⁊ laudare: debet ſumere metaphoram a meliori. Si vero vult eum vituperare: debet ſumere eam a deterioribus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico autem puta ꝙ contraria in eodem genere dicere. hunc autem petentem paupereſcere: qꝛ ambo petitiones: qđ dictum eſt facere.

¶ Exponit quod dixerat. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo adducit ad hęc multa exemplv. Secunda ibi. (Quomodo erit Ipſicrates.) ¶ Oſtendit ergo quomodo vnum ⁊ idem negocium poſſimus proferre laudabiliter ⁊ vituperabiliter dicens: ꝙ contingit contraria dicere in eodem genere: vt ſi aliquis ſit pauper ⁊ petat: poſſumus illam petitionem proferre laudabiliter. Nam petens aſcendit ⁊ deſcendit: aſcendit: ſi aliquid acquirit: deſcendit: quia ſe humiliat petendo. Si ergo dicimus hunc demonſtrato paupere petere aſcendere. proferrimus petitionem laudabiliter. Si vero dicamus hūc petentem paupereſcere: ideſt ſe humiliare ⁊ deſcendere: proferrimus eam vituperabiliter. Et quia hęc ambo dicta ſunt circa petitiones in eodem genere ęloquij eſt facere quod dictum eſt. ſ. proferre illud contrarie: vt laudabiliter ⁊ vituperabiliter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quomodo Ipſicrates Calliam ſacrorum tractatorem accenſorem lampadum. hoc autem ineruditū ipſum eſſe. Non enim vtiqȝ ſacrorum tractatorem ipſum vocare: ſed lampadum accenſorem. ambo enim circa deum. Sȝ hoc quideȝ honorabile: hoc aūt inhonorabile.

¶ Adducit ad hoc plura exempla. Et quatuor facit ſecundum ꝙ quatuor exempla adducit. Secunda ibi. (Et hi quidem.) Tertia ibi. (Et pręḋones.) Quarta ibi. (Illud autem ꝙ Telephus.) ¶ Primum exemplum tale. Naȝ ſi aliquis miniſtraret eccleſię tractando neceſſaria eccleſię: poſſet nominari turpiter: ſi diceretur accenſor lampadum. pulchre autem ſi diceretur tractator ſacrorum ⁊ diuinorum. Ipſicrates autem volens vituperare Calliam qui erat tractator ſacrorum: appellauit ipſum accenſoreȝ lampadum non tractatorē ſacroruȝ: vt oſtenderet ipſum eſſe vilem: ⁊ ineruditum. Nam licet ambo pręḋicta ſint circa deum: vnum tamen eſt honorabile: vt tractare ſacra: aliud eſt vituperabile: vt accendere lampades. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hi quidem Bacchi adulatores: ipſi auteȝ ipſos artifices vocant. Hec autem ambo metaphora: hi quidem ſordidantium. hoc autem contrarium.

¶ Ponit ſecundum exemplum ſecundum ꝙ Bacchi adulatores: ideſt illi qui ſunt quaſi dij ⁊ aſtuti ad adulandum: vnde alia littera habet: calidi ⁊ aſtuti non vocant ſe adulatores: ſed dicunt ſe eſſe artifices: ⁊ ſubtiles: ⁊ ingenioſos. Nam licet hęc ambo metaphorica: ⁊ de vno ⁊ eodem negocio. hoc tamen eſt ſordidum: ꝙ aliqs ſit adulator

latorꝛ: illud vero eſt contrarium.i.laudabile.ꝙ aliquis ſubtilis ⁊ ingenioſus ſit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et predones quidez ſeipſos acquiſitores vocant. Naz propter quod licet dicere iniuſta facientem quidem peccare: peccantem autem iniuſta facere: ⁊ furantez: ⁊ accipere ⁊ acqrere.

¶ Ponit tertium exemplum: ꝙ prędones nō vocant ſe fures: ſed vocant acquiſitores. Nam licet iniuſta facientem poſſumus dicere ipſum peccare: ⁊ peccantem dicenduz ſit iniuſta facere. Et licet furantem cōtingat accipere ⁊ acquirere: non tamen eſt ita turpe: ꝙ aliquis vocetur acquiſitor ſicut ſi diceretur fur: nec videtur ita turpe: ꝙ aliquis dicatur faciens iniuſta: ſicut ſi diceretur peccator: quia probi ⁊ valentes homines vidētur facere iniuſta ⁊ iniuriari alijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem: quod Telephus euripidis ait: ſuper capulos gladiorum regnare: ⁊ progrediens in Myſſiam. Indecens enim erat: quia maius id: quod eſt regnare ꝙ̄ ſm dignitatem. Non igitur furatur.

¶ Ponit quartum exemplum: ꝙ Telephus euripidis ait ſe regnare ſuper capulos gladiorum. Erat enim ille rex latronum: ⁊ rex capientium gladios: vt ſonat alia littera: ille ergo progrediens in Myſſiā.i.in partes illas nominabat ſe regem ⁊ non furem: quia indecens eſt: ꝙ aliquis ſit fur: maius.i.melius ⁊ decentius erat: qđ determinaretur a regnare: ⁊ diceretur rex: ꝙ̄ ſi vocatus fuiſſet ſm indignitatem: ⁊ nominatus fuiſſet fur. ideo ſubditur. nō igitur furatur.i.ex eo: qđ ſic nominabatur: non appellabat fur.

Est autem ⁊ in ſyllabis peccare: ſi non ſint delectabilis ſigna vocis: vtputa: Dionyſius errarius appellat in elegijs clamorem Calliopez poeſiz: qr ambo voces: praua autē metaphora eius ſignificatiua vocibus.

¶ Poſtꝙ̄ determinauit de metaphora in vniuerſali: hic magis ſpecialiter determinat de ipſa. Et duo facit: qr primo ponit ea: quę requirūtur ad metaphoram augumētare ⁊ diminuere. Secunda ibi. (Adhuc enim ſimiliter.) ¶ Ad metaphoram autem tria requiruntur. Metaphora enim ſi ſit decens: debet eſſe ex propinquis: ⁊ congruis ⁊ debet eſſe clara: ideo tria facit: quia primo ponit metaphoram debere eſſe ex propinquis. Secundo ex cōgruis. Tertio ex claris. Secunda ibi. (Totaliter eſt bene.) Tertia ibi. (Adhuc autem tertium.) Ex propinquis autez nō eſt metaphora dupliciter. Primo: ſi ſit ſimilitudo modica: quia quę propinqua ſunt alicui: non attingunt illud modicum: ſed multum. Secundo: metaphora non eſt ex propinquis: ſi ſit ex communibus. communia enim dicuntur rem attingere: non ex propinquis: quia non ducunt in cognitionem rei ſecundum ꝙ eſt in huiuſmodi. ideo duo facit: quia primo dicit metaphoram debere eſſe ex propinquis: quia non debet eſſe debilis. Secūda ibi. (Adhuc autem non.) ¶ Dicit ergo: ꝙ circa metaphoras contingit peccare in ſyllabis: vt quādo metaphora eſt indebita. Sicut enim per ſubtractionem ſyllabarum non fit debita repreſentatio dictionis: ſic per ſubtractionē debitaruz circūſtātiaꝝ fit indebita repſentatio metaphorę: ⁊ non ducunt in cognitionez eius: propter quod metaphora eſt inducta. Ponit autem exemplum dicens: vt ſi non ſint ſigna delectabilis vocis: vel melius: vt habet alia littera: ſi non fuerit proprium ſignum vocis. Debet enim eſſe metaphora per propria: non per communia: ⁊ tunc delectat: quia ex propinquo repreſentat ea cuius eſt metaphora. Unde ait: vtputa Dionyſius erarius in ellegijs: ideſt in illis ſuis verſibus ſonos eris appellat clamorem. Hęc autem metaphora eſt valde per communia. ſic enim ⁊ fragor arboruz poſſet appellari clamor. ⁊ Calliopez appellabat poeſim: quia ambo voces. Hęc autem metaphora eſt nimis praua: ⁊ ſic ſignificatur vocibus: nimis eniz eſt per communia attingere: appellare Calliopem poeſim: qr Calliopes eſt q̄dam vox: ⁊ poeſis quędā ēt vox exiſtit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc autē non de longe: ſed ex cognatis ⁊ eiuſdem ſpeciei: transferre que non nominata nominando: qđ prenunciatuz: manifeſtū eſt: quia cognitum.

¶ Oſtendit ꝙ metaphora non debet eſſe debilis dicens: ꝙ non debet eſſe de longe. Huiuſmodi ſunt ea: quę debiliter repreſentant: ſed debet eſſe ex cognatis: ⁊ ex his: quę ſunt eiuſdem ſpeciei: ⁊ eiuſdem manerici: cuiuſmodi ſunt illa: quę efficaciter repreſentāt. Sic ergo debemus transferre nominando ⁊ imponendo nomina etiam in his: quę non ſunt nominata. Eo eniz ꝙ aliquid eſt pręnunciatum videbitur eſſe manifeſtum ⁊ cognitum: ⁊ videtur efficaciter repreſentatum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Utputa in enigmate approbato. Uiruz vidi ignitum eniz ſuper virum colliſantem.i.adherere facientem. Innominata eniz paſſio. Sūt autem ambo appoſitio quedaz: colliſim igitur dixit notans ventoſe appoſitionē.

¶ Manifeſtat quod dixerat per exemplum dicens ꝙ hoc eſt videre in enigmate: ideſt in metaphora appropriata: vtputa in illo verſu. Uiruz vidi ignitum enim ſuper virū colliſantem.i.adherere facientez. Iſta metaphora eſt ex cognatis: cum aliquis propter ſuam viuacitatem appellatur es ignitum: ⁊ innominata paſſio appellatur. Non enī habemus proprium nomen ad ſignificandum vnum: qui ex ipſo intuitu facit homines ſibi adherere: ſ; fingimus tale nomē: ⁊ nominamus ipſum colliſantem. Ex quo apparet quod ſuperius tangebatur: videlicet ꝙ poſſumus aliquando vti nominibus fictitijs. Addit autem: ꝙ ambo.ſ. iſta duo.ſ.facere ⁊ adherere fiunt vna appoſitio: ⁊ dicitur colliſatio: colliſim igitur dicit denotans appoſitionez ventoſę: vel ventoſam: ideſt excellentem ⁊ glorioſam: qr propter gloriam ⁊ excellentiam vnus homo adhęret alij. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et totaliter ex bene enigmatizatis eſt metaphoras accipere congruas. Metaphore enim enigmatizantur. Quare palam: quia bene trāſlate ſunt: ⁊ ab honeſtis: honeſtas autem hec qdem: ſicut Lichinus dicit in ſono: aut ſignificato eſt turpitudo: aut eodem modo.

¶ Dicit ꝙ totaliter ex bene enigmatiçatis: ideſt ex bene ⁊ ꝯgrue repſentatis cōtingit accipere metaphoras ꝯgruas. Enigma enim dici poſſet quęlibet repſentatio aliquo modo obſcura. ideo ſubdit: ꝙ quia metaphorę enigmatiçant ⁊ transferunt: ideo palam eſt: ꝙ tunc bene ſunt tranſlatę metaphorę: qñ ab honeſtis accipitur honeſtas: ita ꝙ honeſta per honeſta figurantur: pulchra enim per noīa pulchra ⁊ per res pulchras figurari: ideo dicebat Lichinus: ꝙ in ſono quantum ad nomina: ſiue quātū ad voces: ⁊ in ſignato

quantum ſupple debet eſſe pulchritudo: ſi pulchra repreſentari debent. Et turpitudo eodeȝ modo dȝ figurari ꝑ ſonas turpes: ⁊ per res turpes. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc autem tertium: ꝙ ſoluit ſophiſticuȝ ſermonē: nō itelligit̄. Ait Brito. nemineȝ turpe loqui: ſiquidem idem ſignificat hoc ꝓ hoc dicere. Hoc enim eſt falſum: eſt aliud alio magis ꝓprium: ⁊ aſſimilatum magis: ⁊ cōuenientius in faciendo rem pre oculis.

¶ Oſtendit ꝙ metaphora debet eſſe ex claris: quę ē tertia proprietas metaphorę. Hęc autem proprietas ſoluit ſermonem ſophiſticum: quia ex hoc aliquis ſophiſticatur: eo ꝙ non intelligitur qđ dicitur. Unde Brito dicebat: ꝙ nullus turpiter loquitur: ſi ideȝ ſignificat hoc pro hoc dicere. cum enim ſermo non intelligit̄ non magis ſignificat vnū q̄ȝ alium. Si ergo tollitur intellectus ſermonis: tollit̄ turpitudo ſignificati: quia non loquitur vnus pulchrius alio: niſi ꝙ aliud ſignificat hoc: quod dicit vnus: ⁊ hoc quod dicit alius. Ideo ſubdit: ꝙ hoc eſt falſum. ſ. ꝙ ideȝ ſignificet dicere hoc: quod habetur: quia eſt diuerſitas ex ſignātis: ⁊ ideo aliud eſt alio magis proprium: ⁊ magis aſſimilatum ⁊ magis conueniens: ⁊ facit rem prę oculis. i. magis claraȝ ⁊ intelligibilem. Et magis potiſſime eſt attendendum in metaphoris: quia metaphora clara eſſe debet: non ꝙ nullam obſcuritatem contineat: quia tūc non eſſet metaphora. Sic. n. metaphora dȝ eſſe clara. qr ēt dȝ eſſe latēs: ⁊ ſic dȝ eſſe aperta: ꝙ ēt dȝ eē enigmatica. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc autem non ſimiliter habens ſignificat hoc ⁊ hoc. Quare ⁊ ita aliud alio pulchrius ⁊ turpius ponendum. ambo quidem enim honeſtum: aut turpe ſignificant. Sed non in quem honeſtum: aut in quem turpe: aut hoc q dē: ſed magis ⁊ minus. Metaphoras aūt hoc ē faciēdū: aut ab honeſtis. Tales autē vocant potētia: aut viſu: aut alio aliquo ſenſu dr̄unt.

¶ Poſtq̄ȝ dedit proprietates metaphorę: quia primo debȝ eſſe ex propinquis. Secundo ex congruis. Tertio ex manifeſtis. hic docet augumentare ⁊ diminuere metaphoras. Duo ergo facit: quia primo docet augere. Secundo minuere. Secūda ibi. (Adhuc ibi diminutiua.) ¶ Circa primum duo facit: quia primo docet augere metaphoraȝ ex aliquo conſiderato in ſe. Secundo docet hoc idem ꝑ adiectionem alterius. Secunda ibi. (Et in adiectiuis.) In ſe autem poſſumus augmentare metaphoram quantum ad laudem: quando illud: quod poteſt dici minus pulchre dicimus magis pulchre: vel quantum ad vituperium: vt quando illud idem: quod poteſt dici minus turpiter dicimus magis turpiter. Duo ergo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat quod dixerat per exemplum. Secunda ibi. (Differt autem dicere.) ¶ Dicit ergo: ꝙ aliquid non ſimiliter ſe habens. i. non ſimiliter nominatum ſignificat hoc ⁊ hoc. i. magis ⁊ minus turpiter: vel magis ⁊ minus pulchre. ergo ſm̄ noīationeȝ ponēdum eſt aliud alio pulchrius quantum ad laudem: ⁊ turpius quantum ad vituperium. Nam licet ambo. i. tam illud: quod ſignificat minus pulchrum: q̄ȝ illud: quod ſignificat magis pulchrum: licet enim vtrunqȝ iſtorum ſignificet quid honeſtum: vel licet vtrunqȝ ſignificet quid turpe ſignificant magis ⁊ minus turpe. Differentia eſt tamen in quantum honeſtum: quia non ſignificat tantam honeſtatem vnum ſicut aliud: aut inquantum turpe: quia nō tantum turpitudo importatur per vnum ſicut per aliud: aut hoc quidem ſignificant. ergo ambo. i. ambo ſignificat pulchritudinem: vel turpitudinem: ſed ſm̄ magis ⁊ minus. Hoc vero eſt faciendum metaphoras: aut augmentando eos ab hōeſtis: ſi volumus laudare: aut ſupple a turpibus ſi volumus vituperare. Tales autem: quas vocamus metaphoras differunt: aut potentia: aut viſu: aut aliquo alio ſenſu. Alia autem littera: ꝙ metaphorę aſſumuntur meliores ab his: quę ſunt bona. Nam quantum ad ſubſtantialia: aut virtute quantum ad accidētalia: aut viſu: ⁊ alio ſenſu quantum ad apparentiam. Et ſic poſſemus concordare litteram: ꝙ metaphorę debent augeri: vt ab his: quę vocamus. Et dicimus ꝙ ſunt honeſta: potentia: ⁊ virtute. i. in ſe: vel ſunt talia viſu ⁊ ſenſu. i. apparentia. Laudamus enim aliquem non ſolum per ea: quę ſunt vere honeſta: ſed etiā per ea: quę apparent talia: ⁊ quod dictum eſt de honeſtis ⁊ laude: intelligendū ē de turpibꝰ ⁊ vitupio. ¶ Deiñ. c. d.

¶ Differt auteȝ dicere: vtputa: redondactylus q̄ȝ adhuc magis aut pūiceodactylus q̄ȝ adhuc peius rubeodactylus.

¶ Manifeſtat per exemplum quomodo idem poteſt magis pulchre ⁊ minus pulchre nominari dicēs: ꝙ differt dicere: ſi aliquis nominetur redondactylus. i. odoriferus: adhuc quoniaȝ magis pulchre nominaretur: ſi diceretur puniceodactylus. i. floridus color: puniceus eſt color cuiuſdā floris: pulchrius eſt dicere đ aliquo: ꝙ ſit floridus q̄ȝ ꝙ ſit odoriferus: ſȝ peius. i. minus pulchre nominaretur rubeodactylus. i. rubicundus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et in adiectiuis eſt quidem adiectiones facere: aut a prauo: aut a turpi: vtputa magis violator: eſt aūt a meliori: vtputa patris defenſor.

¶ Oſtendit quomodo per adiectiua poſſumus argumentari laudem ⁊ vituperium. Non enim ſolum vnum ⁊ idē poteſt nominari magis pulchre: vt ſi dicatur rubicūdus: ſed vni ⁊ eidem poſſumus addicere magis ⁊ minus pulchrum: vt ſi diceretur aliquis floridus defenſor: eſſet pulchrius q̄ȝ floridus violator. Duo autem facit philoſophus quia primo pręmittit intentionem ſuam. Secundo adducit exemplum ad propoſitū ibi. (Et Symonides.) ¶ Dicit ergo: ꝙ in adiectiuis contingit ſumere augmentū ſm̄ laudem ⁊ vituperium: ⁊ poſſunt fieri adiectiones a prauo ⁊ turpi: vt ſiquis dicatur violator: vel a meliori ⁊ pulchro: vt ſi dicatur patris defenſor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et Symonides quando quidē dabat poſtq̄ȝ vicerat mercedem modicam ſuis mulis nolebat poetizare tanquam contemnens ad ſemiaſinos poetizare. Quando autem ſufficiens dedit poetizauit. Gaudete filię equoꝝ pedibus expeditorum: quāquam ⁊ aſinorum filię eſſent.

¶ Adducit exemplum de Symonide: qui poſtquam vicerat: ſi dabat modicam mercedem ſuis mulis: nolebat poetiçare: ideſt non burſabat: neqȝ truffabatur: ſed dicebat cōtemptibile eſſe poetiçare ad ſemiaſinos. In hac autem adiectiōe muli: qui ſunt ſemiaſini: eo ꝙ ſint: ex equo ⁊ aſino denominarentur a turpi. ideſt a peiori: quia ab aſino. Sed quando Symonides dabat ſufficientem cibum ⁊ ſufficientem mercedem mulis ſuis: tunc poetiçabat: ⁊ turphabatur: ⁊ non appellabat mulas ſuas ſemiaſinas: ſed nominabat eas meliores: quia vocabat eas filias equorum: vnde ipſe dicebat. Gaudete filię equorum expeditorum

expeditorum pedibus.i.habentes pedes expeditos q̄ſq̄3 ⁊ aſinorum filię eſſent. Muli enim nati ſunt ex equa ⁊ aſino: vnde ibi equorum ponitur pro equarum: maſculinum pro feminino. mula enim equidem non oritur ex equo: ſed ex equa. ¶Deinde cū dicit.

¶Adhuc idem diminutam fieri. Eſt autem diminutio: que minus facit ⁊ bonum ⁊ malum. Quemadmodum ⁊ Ariſtophanes irridēs babilonijs pro auro quidem auriolum: pro indumento autem induméticulum: pro maledictione autem maledictiunculam. Veri autem opꝫ ⁊ obſeruare in ambobus moderamen.

¶Docet minuere laudem ⁊ vituperium dicens: ꝙ contingit idem.i.eandem rem fieri diminutam. Diminutio enī eſt id: quod facit apparere minus bonum quantum ad diminutionem vitupery. Et ponit exemplum de Ariſtophane: qui irridens Babilonys pro auro dicebat diminutiuū auriolum: ⁊ pro indumento indumenticulum: ⁊ pro male dictione maledictiunculā. Addit autem: ꝙ debemus vereri.i.timere: ⁊ cauere nobis: ꝙ in ambobus.i.augumento ⁊ diminutione ſeruemus moderamen: quia nō debemus nimis augere bona ⁊ mala: nec nimis minuere.

Inſipida autem in quatuor fiunt ſm locutionem.

¶Poſtq̄3 phs determinauit: ꝙ oratio rhetorica debet eſſe propria. hic in parte iſta oſtendit: ꝙ non debet eſſe abuſiua. Et duo facit: quia primo facit quod dictum ē. Secundo q2 in pręcedentibus fecerat mentionem de metaphoris: ne aliquis crederet: ꝙ aſſimilatio eſſet idem omnino qđ metaphora. ideo determiat de aſſimilatiōe dans differentiam inter aſſimilationem ⁊ metaphoraꝫ. Secūda pars ibi. (Eſt autem ⁊ aſſimilatio.) ¶Ad euidentiam autem primę partis eſt notandum: ꝙ abuſiuum opponit̄ ei: quod eſt proprium. Tot ergo modis poteſt fieri oratio abuſiua: quot modis poteſt fieri propria. Hoc autem contingit quadrupliciter. Primo ſi fiat per nomina fictitia. Secundo ſi fiat per aliena. Tertio ſi fiat per ſynonyma. Quarto ſi fiat per incongruentes metaphoras: quę omnia patere poſſunt ex dictis. Poſſet autem addi quintus modus: vt ꝙ fieret talis improprietas ⁊ abuſio per ęquiuoca. Sed iſte eſt modus ſophiſtarum: ⁊ rhetor non de facili labitur in modum ſophiſticum: ſicut in modum poeticum. ideo illam abuſionem de ęquiuocatiōe tacet. Uel poſſumus dicere: ꝙ ideo tacet eam: quia talis abuſio computata fuit inter locos ſophiſticos. Duo ergo facit philoſophus quia p̄mo dicit: ꝙ abuſiua locutio fit quatuor modis. Secundo exequitur de vnoquoq3 mēbro. Secunda ibi. (In duplis nominibus.) Dicit ergo primo: ꝙ inſipida.i. frigida ⁊ abuſiua: vt ſonant alię tranſlationes: fiūt ſm locutionem in quatuor. ¶Deinde cum dicit.

¶In duplis noībus: puta Lycofron celū multarum facieruꝫ: ſeu magne virtutis terrā: ⁊ radiuꝫ aūt ſtricti meatus: ⁊ vt Gorgias noīauit paupē: ſapiēs adulator ⁊ deierātes: ⁊ vt Alchidamas maneſiū qdē aīaꝫ repletā: ignei coloris autem viſum factum: ⁊ finis reportatiuus: puta vt promptitudinem ipſoruꝫ fore. Et finis reportatiuam perſuaſibilitatem orationum ſtatuit: ⁊ ſubobſcuri coloris maris pauimentū.

¶Exequit̄ de prędictis. Et quatuor fac̄ ſꝫ ꝙ quatuor exequitur de abuſione. ſiue de improprietate: quę reducitur ad nomina fictitia. Secundo de ea: quę reducitur ad nomina aliena. Tertio de ea: quę reducit̄ ad ſynonyma. Quarto ⁊ vltimo de ea: quę reducitur ad incongruentes metaphoras. Secunda ibi. (Una autem vti linguis.) Tertia ibi. (Tertium autem in adiectiuis.) Quarta ibi. (Et Adhuc quarta.) ¶Notandum autem: ꝙ ad nomina fictitia reducitur omnis circunlocutio. Fictitium enim eſt circunloqui aliquid: ⁊ nominare ipſum pluribus nominibus: qđ poteſt ſolo nomine nuncupari: propter quod hęc abuſio: ⁊ ſi non eſt improprietas in poetica: eſt tamen quid improprium in rhetorica. In determinando autem de hac abuſione duo facit: quia primo pręmittit quod intendit. ⁊ adducit plura exempla ad propoſitum. Secundo dat cauſaꝫ dicti ibi. (Omnia eniꝫ hęc.) ¶Dicit ergo: ꝙ in duplis nominibus.i.in circunlocutionibus: quia circunlocutiones fiunt per plura nomina: in talibus ſupple contingit fieri abuſionem: vtputa Lycofron cęlum appellabat multarū facierum: quia forte ſic circunloquebatur ipſum: q2 in eo ſm diſpoſitiones ſtellarum deſcribitur multitudo imaginū. Et loco terrę dicebat: aliquid magnę virtutis: quod forte ideo dicebat: vt ſonat alia littera: quia terra videtur eē genitrix populorum: ⁊ radium appellabat ſtrictam viam: ſiue ſtrictum meatuꝫ: quia radius videtur eſſe quid lineare. Et Gorgias volens circunloqui pauperem dicebat: ſapiens adulator: omnes iſti ſic loquentes deierantes.i.diuinantes: ⁊ denotantes.i. circunloquentes ſupple vt non debent. Adducit autem alia exempla dicens: ꝙ Alchidimas maneſium inauia appellabat animam repletam malorum: repleri enim malicys eſt tendere ad vanitatem: viſum autem appellabat factum ignei coloris: quia in viſu videtur abūdare lux ⁊ ignis: ⁊ reportatiuis finis: ⁊ putauit fore promptitudinem ipſorum: ideꝫ ⁊ Alchidimas reportatiuam finis ſtatuit eſſe perſuaſibilitatem orationū. Dupliciter enim quis reportat finem ⁊ intentum: vel propter promptitudinem: vel propter perſuaſibilitatē. Et pauimētum maris obſcuri coloris.i.ſermonem obſcurum: ſiue ſermonem obſcuri coloris appellauit pauimentum maris. ¶Deinde cum dicit.

¶Omnia enim hec poetica propter duplationem videntur.

¶Dat cauſam dicti: quia iſta ſunt impropria dicēs: ꝙ omnia hęc propter duplationem.i.propter circunlocutioneꝫ videntur eſſe poetica non rhetorica: vna igit̄ cā quare eſt abuſio in locutione: eſt hęc quā aſſignamus. ¶Deinde.

¶Una quidem igitur cauſa hec: dico autem vt in linguis: vtputa Lycofron Xerſem peloruꝫ virum: ⁊ Syroriſus vir: ⁊ Alchidimas a carina poeſi: ⁊ nature ataſchulina: ⁊ mētis iram.

¶Ponit ſecundam abuſionem: quę fit per nomina extranea dicens: ꝙ vna alia abuſio fit in linguis.i. in ydiomate extraneo: vt ſupplet alia littera: vtputa Lycofron Xerſeꝫ appellauit virum pelorum.i.virum magnum: vt habet alia littera: forte apud gręcos extranee vir pelorus dicitur vir magnus ⁊ Syroriſus: eo ꝙ erat vir: queꝫ homines ſitiebant dimittebāt: ⁊ Alchidimas nominatus fuit a carina ⁊ poeſi: quia forte in magna carina: ⁊ in magna copia erat poeticus. Uel forte erat multuꝫ iocoſus poeta: poeſis enim ad ludum vergit: vnde alia littera habet: ꝙ erat indus eſt ſtultitia: ⁊ nare ataſchulina appellat in iram mentis naturę. Aut ataſchalina: vt poſſumus ex alia littera cōiecturari: idē eſt ꝙ naturalis cōcupiſcentia: quę extranee

dicitur ira mentis:concupiſcentia enim lʒ mentē ꝑturbet
nō tn̄ dicitur ira mentis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tertium autem adiectiuis vti:aut longis:ut
in operationibus:aut ſpiſſim poſitis.

¶ Determinat de abuſiōe: quę reducitur ad nomina ſyno
nyma. Ad cuius euidentiam notanduʒ:ꝙ ſm cōmentato
rem in quarto metaphiſicę ſynonyma ſunt illa: quę dicūt
vnum ⁊ idem ſuper vna ratione:pro quo ideʒ eſt. Omnis
enim inutilis adiectio poteſt reduci ad iſtam abuſionem.
ideo tertia abuſio hic accipitur ſm adiectiua. In ponēdo
autem hanc abuſionem duo facit: quia primo pręmittit
quod intendit. Secundo exequitur de intento. Secunda
ibi.(In poeſi quidem.) ¶ Dicit ergo:ꝙ tertia abuſio eſt
vti adiectiuis:aut longis:vt in operationibus: aut ſpiſſim
poſitis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In poeſi quidem enim decet: lac album ſi di
xeris:in oratione autem hec quidem indecētio
ra. Hec ſi ſint importuna:arguūt ⁊ faciunt im
manifeſtum:quia poeſis eſt.

¶ Exequitur de intento. Et tria facit: quia primo oſtendit
qualiter ⁊ quomodo cōmittitur abuſio:ſi vtamur adiecti
uis importunis. Secundo ſi ſpiſſis. Tertio ſi longius. Se
cunda ibi.(Ita ſpiſſim.) Tertia ibi.(Homines autem.)
¶ Circa primum duo facit:quia primo dicit eſſe abuſio
nem:ſi ponantur adiectiua importuna. Secundo probat
quod dixerat ibi.(Quoniam maius facit.) ¶ Dicit ergo:
ꝙ in poeſi decet: ꝙ aliquis ponat ibi adiectiuum impor
tunum dicendo. lac album: ſi enim in oratione rhetorica
hoc dixerit: videbitur indecens. Addit ex hoc:ꝙ adiectiua
importuna.i.non inopportuna:ſi ponantur in oratione:ſta
tim arguunt:⁊ manifeſtum faciunt:ꝙ illa oratio nō ē rhe
torica:ſed poeſis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam oportet vti ipſis: transmutat eniʒ
morem: ⁊ abducentem facit locutionem: ſed
oportet coniecturare medium.

¶ Probat tales locutiones non eſſe rhetoricas. Et tria fa
cit ſm ꝙ tria hic oſtendit. Secunda ibi.(Quoniam ma
ius facit.) Tertia ibi.(Non enim vt ꝯdimento.) ¶ Pri
ma ratio talis. Oꝛ oportet vti ipſis adiectiuis: ſed opportu
nis:vt ſpectat ad propoſitum:ſed importunis non. Et eſt
ratio:quia talis locutio tranſmutat ⁊ tranſcendit maioreʒ
rhetoricaʒ:⁊ facit locutionem abducentem.i. peruerſam.
oportet ergo coniecturare mediū vt non omittamus adie
ctiua opportuna:nec aſſumamus importuna. Formetur
autem ſic ratio. Quicquid tranſuertit morem rhetoricuʒ
non ſpectat ad rhetoreʒ:vti adiectiuis importunis eſt hu
iuſmodi.ergo ⁊c̃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam maius facit malum q̄ʒ fortuito di
cere. Hoc quidem enim nō hʒ:ꝙ bene āt: hoc
aūt ꝙ male. Propter qđ ea:que ſunt Alchidi
mātis inſipida videntur.

¶ Ponit ſecundam rationem. Oꝛ talis eſt peior q̄ʒ locutio
caſualis ⁊ fortuita: q̄ nō ē rhetorica:ſed huiuſmodi eſt di
cta locutio. ergo ⁊c̃. Oꝛ autem loquens per adiectiua im
portuna faciat maius maluʒ q̄ʒ ille:qui loqtur fortuito:pʒ
quia fortuito loquens non de neceſſitate male loquitur.
ſed tamen ſm ꝙ huiuſmodi non habet:ꝙ bene loquatur:
ſed loquens prędicto modo:ſemper loquitur ꝙ male. Et
quia talia erant ęloquia Alchidimātis.i.illius poetę: ideo
videbantur inſipida ⁊ abuſiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non enim vt condimento vtitur:ſed vt edu
lio adiectiuis.

¶ Ponit tertiam rationem. Nam adiectiua nō ſunt ipſuʒ
edulium:vel non ſe habent vt cibus:vel condimentuʒ:ſʒ
ſunt quędam adiacentia:⁊ dantia quendam ſaporem elo
quijs:inquantuʒ clarificant quod dicitur. Qui ergo vtitur
adiectiuis importunis: vtitur eis ac ſi eſſent cibus:⁊ ac ſi
eſſent ſubſtantia locutionis:cum ſint condimentum:⁊ ad
iectiua quędam. Formetur autem ſic ratio. Ad rhetorem
ſpectat vti dictionibus vt debet:vt vti cibo vt cibo:⁊ con
dimento vt condimento:ſed hoc non facit locutio conti
nēs adiectiua importuna. ğ talis locutio nō ē rhetorica.

ITa ſpiſſim poſitis ⁊ maioribus
q̄ʒ requirant:vtputa:nō ſudoreʒ:ſʒ
humidū: ⁊ non ad feſta: ſed ad eā:
que feſtorum ſolēnitatem: ⁊ non
leges: ſʒ ciuitatū leges legales: ⁊
nō curſu: ſʒ curſuali anime ipetu.
Et non muſeium:ſed naturaʒ obtinens diſtra
hentem ſolitudinem anime. Et non groſſus:
ſed popularis gratie conditor: ⁊ diſpenſator
delectationis audientium. Et non ramis:ſed
ſylue ramis aſcendit: ⁊ non corpus tenuit:ſed
corporis pudorem: ⁊ honorabile q̄rēs:eamqʒ
anime concupiſcentiam. Hoc autem ſimul: ⁊
duplum: ⁊ adiectiuum.

¶ In parte iſta determinat de abuſione locutionis:q̄ con
tinet adiectiua ſpiſſa:vt cum aliquis illam eandem ſentē
tiam:quam poſſet dicere per vnum nomen:dicit per mul
ta. Et duo facit:quia primo dicit talem locutioneʒ eē abu
ſiuam. Secundo dat cauſam dicti. Secunda ibi.(Quare
poema fit.) ¶ Dicit ergo:ꝙ ita etiam cōmittitur abuſio
adiectiuis poſitis ita ſpiſſim ⁊ ſuperfluis: vt cum maiora
⁊ plura ponantur ibi adiectiua q̄ʒ euidentia requirat:vt ſi
quis non diceret ſudorem:ſed humidum ſudorem:ſuper
flue ibi additur humidum. Et non dicitur ad feſta:ſed ad
eam ſolemnitatem:quę eſt feſtorum: ⁊ non leges:ſed lega
les leges ciuitatum: ⁊ non curſu:ſed curſuali animę impe
tu.in omnibus his eſt quędā ſuperflua locutio. Sic etiaʒ
ſiquis volens dicere muſeium.i.muſam: ⁊ ſcientiam dice
ret muſę: ſed obtinens naturam diſtrahentem ſollicitu
dinem animi: ſcientia enim naturam perficit: ⁊ diſtrahit
a ſollicitudinibus alijs. Et ſi vellemus dicere de aliquo:ꝙ
eſt groſſus; diceremus ꝙ eſt conditor gratię popularis: ⁊
diſpenſator delectationis audientium:inquantuʒ facit au
diētes delectari. Et nō diceremus ramis:ſed ſyluę ramis
aſcendit: ſuperflue ponitur ibi ſyluę: ⁊ non corpus tenuit:
ſed tenuit corporis pudoreʒ: ⁊ querens eam honorabilem
concupiſcentiam:quę eſt animę. Cōtinentes enim corpus
⁊ animę paſſiones continent ſe ⁊ obſeruāt ſe a pudoribus
carnalibus: ⁊ honorabilia quęrunt: ⁊ non cōcupiſcunt. Ad
dit autem:ꝙ omnia hęc ſunt ſimul duplum ⁊ adiectiuū:
quia in omnibus his ſunt duplicantes ⁊ circunlocutiōes
⁊ adiectiua ſuperflua. ¶ Notandum autē:ꝙ ſicut in vno
⁊ eodem ſophiſmate poſſunt cōcurrere plures fallacię:ſic
in vno ⁊ eodem vitio poſſunt concurrere plures abuſiōes:
ideo vna ⁊ eadeʒ locutio poteſt eſſe importuna ſpiſſa ⁊ lō
ga aliter ⁊ aliter accepta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare poema fit: ⁊ ita innuebat malicie ex
ceſſum: propter quod poetice dicentes indecē
tia: ridiculoſitateʒ: ⁊ inſipiditatē faciūt: ⁊ ob

ſcuritatem

ſcuritatem propter nugacitatem. Cum eniȝ co gnoſcenti proponuntur: diſſoluerunt euidētiā ⁊ ſuperintendere.

¶ Dat cauſam: quare tales locutiones nō ſunt rhetoricę di cens: ꝙ in talibus locutiōibus ē poema. ⁊ in eis inuenitur exceſſus malitię propter ſuperfluam locutioneȝ. Talia er go ſunt poetica ⁊ continent indecentia: ⁊ ridiculoſitatē. i. abuſionem ⁊ obſcuritatem faciūt propter nugacitatem .i. propter ſuperfluam repetitionem. Qr autem faciant ob ſcuritatem manifeſtat cum dicit: ꝙ proponuntur talia co gnoſcenti ⁊ ſcienti ſoluunt euidentiam. i. tollunt claritatē reddunt enim locutionem obſcaram propter ſuperinten dere. i. propter ſuperflue intendere. ⁊ ſi talia dicta ſunt ob ſcura cognoſcentibus: multo magis ſunt obſcura ignoran tibus. Non ergo ſunt rhetorica: quia omnino rhetorica deȝ eſſe clara. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Homines autem duplis vtuntur: cum inno minatum fuerit: ⁊ cū ſermo ē bene componi bilis: vtputa: canotribem. tempore demorari. Sed ſi multū: ſemper poeticū.

¶ Oſtendit quomodo fit abuſio per adiectiua longa. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secūdo dat vtilitatem talium elocutionum. Secunda ibi. ( Propter quod maxime.) ¶ Dicit ergo: ꝙ homines potiſſime vtū tur duplis. i. circunlocutionibus: ⁊ adiectiuis: ſiue locutio nibus longis qn̄ id: de quo loqui volunt fuit innominatū. ⁊ potiſſime ſi ſermo ſit bene componibilis: vtputa cano tribem: quę eſt dictio bene componibilis: ⁊ hęc dictio co notribem ſignificat idem quod demorari per tempus. Et ſi tale adiectiuum fuerit multum. ⁊ in his: quę ſuperflue componuntur: ſicut adiectiuis longis: ſemper eſt poeticuȝ ⁊ abuſiuum. Ponit autem ⁊ vtitur philoſophus in hoc lo co adiectiuo: non prout diſtinguitur contra ſubſtantiuum ſed pro omni adiectione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod maxime vtilis dupla locutio his: q tytarabū faciūt: hi minime ꝓhroſi. Lin gue aut verſificatoribus venerabile eniȝ ⁊ licē ciatum. Metaphora aut iambicis his. n. nūc vtuntur: ſicut dictum.

¶ Oſtendit quibus eſt vtilis talis locutio dicēs: ꝙ locutio dupla. i. longa ⁊ replicata vtilis eſt his: qui faciunt tytara hum. i. his etiam: qui faciunt ſermones legales incutiētes terrorem corporibus: ⁊ verecundiam animabus: ne cōco mitantur illicita. Tales enim non potiſſime videntur eē probroſi: quia dicunt obprobria malefacientibus. talibus enim vtile eſt replicare: vt magis timorem incutiant. Ad dit autem quibus eſt licitum in talibus dicens: ꝙ linguę .i. poeticę: quę potiſſime conſiſtit in locutiōe: ⁊ verſificato ribus prędictum ęloquium eſt vt venerabile ⁊ licentiatū. Verſificatores enim ſic loquendo metaphoris: aut iambi cis. i. tranſferunt ſe ad uerſus iambicos: quia vt dictuȝ eſt verſificatores vtuntur talibus verſibus. Dicebat̄ eniȝ ſu pra: ꝙ dimiſerant verſus exametros: ⁊ adhęſerant iambi cis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et adhuc quarta inſipiditas in metaphoris ſit. Sunt enim ⁊ metaphore indecentes. He quidem propter ridiculum: vtuntur. n. ⁊ for tiores comedie metaphoris. He autem ꝓpter vetuſtatem nimiam: ⁊ turgitatem: obſcure au tem ſi a longe.

¶ Determinat de abuſiōe circa metaphoras. Et duo facit. quia pręmittit primo quod intendit. Et oſtendit quot mo dis fit talis abuſio. Secundo determinat de membris di uiſionis. Secunda ibi. ( Vtputa Gorgias.) ¶ Dicit ergo: ꝙ quarta inſipiditas fit in metaphoris. Addit auteȝ quot modis fit talis abuſio. quia duobus modis. Dupliciter. n. ſunt metaphorę indecentes. Primo propter ridiculuȝ: vt ſi ſint nimis apparenter deriſorię. Nam fortiores comę dię. i. comędię ſatyricę: quę ſunt fortes: ⁊ reprehenſibiles vtuntur huiuſmodi metaphoris nimis apertis ⁊ ridiculo ſis ad reprehendendum: ⁊ increpandum alios. Hę autem .i. alio modo ſunt metaphorę indecētes: ſi ſunt nimis clau ſę propter nimiam vetuſtatem ſermonis. hoc eſt ſunt ni mis obſcurę: propter turgitatem. i. propter obſcuraȝ pictu ram poeticam: ⁊ maxime ſunt tales: ſi ſunt a longe: ⁊ ſi ſu matur metaphora a remotis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vtputa Gorgias viridia ⁊ ſanguinea habē tia negocia: tu autem hoc turpiter feſtinaſti: ⁊ male meſuiſti: poetice eniȝ nimis.

¶ Exequitur de prędictis. Et duo facit: quia primo exequi tur de metaphoris: quę ſunt indecentes: quia ſunt nimis aperte. Secundo de his: quę ſunt nimis clauſę. Secunda ibi. ( Et vt Alchidamas.) ¶ Dicit ergo: ꝙ metaphora ē nimis aperta ⁊ indecens: vtputa: illa quę dicebatur Gor gias. vt aliquis habebat negocia ſanguinea. i. turpia ⁊ viri dia: quia recenter fecerat illa mala: dicebat ei tu turpiter feſtiaſti: ⁊ male meſuiſti. Iſta metaphora erat nimis aper ta: forte erat nimis conſueta: ideo eam appellat nimis poe ticam. i. nimis ridiculoſam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et vt Alchidamas philoſophiā ſuꝑſtructu ram legum: ⁊ odiſſeyam honeſtum humane vite ſpeculum: ⁊ nullum iudicium poeſi affe rens. Omnia enim hec imperſuaſiua propter ea: que dicta ſunt.

¶ Ponit metaphoras nimis obſcuras. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo ponit ea: quę redu cunt̄ ad talia ęloquia ibi. ( Illud autem Gorgię). ¶ Dicit ergo. ꝙ Alchidamas faciebat metaphoras nimis obſcu ras: quia philoſophiam appellabat ſuperſtructuraȝ leguȝ: quia ſtructura ⁊ adiectio philoſophica excedebat editio nes legum: ideo erat ſuper leges: ⁊ odiſſyeiam. i. illum ho minem honeſtum: vna alia littera habet Vlyſſem honū appellabat ſpeculum humanę vitę. In talibus eniȝ dictis non profertur ſm poeſim aliquod iudicium. i. aliquod ri diculoſum. Prędictus enī modus eſt nimis clauſus ⁊ phi loſophicus. Qui eniȝ bene ſunt ſcientes laborant ad intel ligendum: quomodo honeſtū ē ſpeculum humanę vitę: ⁊ eſt regula humanorum actuum. Addit autem: ꝙ omnia hęc ſunt imperſuaſiua propter ea: quę dicta ſunt: vt quia ſunt nimis aperta: vel nimis clauſa: ⁊ ideo ſunt metapho rica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem Gorgie ad hyrundinem: quo niam aduerſus volans dimiſit ſuperfluū. Op tima tragicoꝝ. Dixit. n. tibi turpe o Philome na: aliȷ́ quidem enim ſi fecit non turpe: virgini auteȝ turpe. Bene igitur male dixit dicens: qd̄ dixit erat: ſed non qd̄ erat.

¶ Ponit quędam dicta: quę propter ſui obſcuritatem re ducunt̄ ad ꝓdictū modū dicēdi. Et ſunt duo: quoꝝ ꝑmuȝ eſt: ꝙ Gorgias dicit ad hyrūdinē: ꝙ volans aduerſus ipȝ dimiſit ſuꝑfluū. i. dimiſit ſtercora cadere ſuꝑ eū. Stercus

enim eſt de ſuperfluo nutrimenti. hoc aūt eſt obſcuꝝ: q̄a nō quilibet ꝑ ſupfluū ītelligeret fecē ſm dcm̄: ſꝫ ꝙ dixit optima tragicoꝝ. i. illa perſona: quę ſciebat optime cōponere tragędias. Nr̄a lr̄a hꝫ turgioꝝ: ſꝫ littera falſa: vt pꝫ per aliam tranſlationem. Dixit aūt o Philomena. i. o tu q̄ ſic vocaris: ſiquis feciſſet quę tu feciſti: nō fuiſſet ei turpe tibi ꝙ diceris virgo: eſt turpe qđ feciſti dicēs bene. i. recte. Male dixit ei q̄ꝫtum ad id: qđ ē: qꝛ forte fuerat prius mala: quę nunc eſt bona. in talibus. n. locutionibus poteſt eſſe obſcuritas ꝓpter variationeꝫ tp̄is: qꝛ aliquo. n. tp̄e aliqua ſunt clara: q̄ poſt tp̄s: variatis negocijs: fiunt obſcura.

Eſt autem ⁊ aſſimilatio metaphora. differt. n. modicum. Cum enī dicat̄. Achilles vt leo fremuit: aſſimilatio eſt. Cuꝫ aūt leo fremuit metaphora. Propter ābos. n. eē veriſimiles appellauit trāſferens in leonem Achillem.

¶ In parte iſta determinat de aſſimilatione. Et tria facit: qꝛ primo dat dr̄iam inter aſſimilationem ⁊ metaphoraꝫ. Scđo oſtēdit ad quid eſt vtilis aſſimilatio. Tertio adducit multa exempla de aſſimilatiōe. Secunda ibi. (Utilis autē.) Tertia ibi. (Sunt āt aſſimilationes.) ¶ Notādū aūt: ꝙ metaphora large accepta includit aſſimilationem aliquo tn̄ mō ſumpta metaphora differt ab aſſimilatiōe: ideo ait: ꝙ aſſimilatio eſt quędam metaphora. differt tn̄ modicum ab aſſimilatione. ideo ait: ꝙ aſſimilatio eſt quędam metaphora. differt tn̄ modicum vna ab alia: qꝛ in aſſimilatione ponitur vt ⁊ quaſi: ſiquis dicat. Achilles fremuit vt leo: vel fremuit quaſi leo: eſt ibi aſſimilatio: ſꝫ cū dico. Leo fremuit: ⁊ per leonem intelligo Achillē: eſt ibi metaphora. propter hoc. n. ꝙ ambo. i. leo ⁊ Achilles ſunt ſiles. iō trāſferimus Achillē in leonē. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Utilis autem aſſimilatio ⁊ in oratione. raro autem. Poeticum. n. ferende quemadmodū metaphore. Metaphore. n. ſunt dr̄entes eodē

¶ Determinat de vtilitate illius aſſimilationis dicēs: ꝙ aſſimilatio eſt vtilis in oratione rhetorica: non tn̄ eſt freq̄ntanda: ſed rara: ⁊ cū expedit eſt vſitanda. Frequētare eniꝫ aſſimilationes non eſt quid rhetoricum: ſed poeticum. hę enim aſſimilationes ſunt ferendę. ſ. tolerandę: ſicut ⁊ metaphorę. Differūt tn̄ hęc ab illis: ſicut dcm̄ ē. Illud. n. dicitur tolerari: quia permittitur: ⁊ cauſa neceſſitatis ſuſtinetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sūt autem aſſimilationes: vtputa ad ydreia q̄a ſimilat̄ his: q ſūt ī vinculis catulis. Illi enī īcidētes mordēt: ⁊ qꝛ idreia ſoluūt ex vinculis ip̄m ꝯtingit eē ſeuū. Et qūo Theodonias aſſimilabat Alchidimū Euxeno geometrizare neſcienti. Ex proportionali erat Euſenus ⁊ Alchidimus geometricus.

¶ Ponit multa exempla. Et duo facit: quia p̄mo ponit dicta exempla. Secundo docet ex aſſimilationibus facere metaphoram: ⁊ econuerſo. Secunda ibi. (Omnes auteꝫ has.) ¶ Prima aſſimilatio eſt: qꝛ quidam poeta ydreia aſſimilauit catulis: qꝛ canes mordent eos: qui incidūt cordas: cum quibus ligantur: ſic ydreia ſolutum eē ex vinculis contingit eſſe ſęuum. i. crudelem contra eos: qui ſoluūt ipſum. Eſt. n. ydreia in hoc loco caſus accuſatiui: qꝛ nomina gręca faciunt accuſatiuum in am: vel in a: vt ydreiam vel ydreia. Conſequenter tn̄ dicit. (Et qūo Theodomas) ¶ Ponit ſecundum ſimile: quia Theodamas. i. ille poeta aſſimilabat Alchidimum Euxeno neſcienti geometriçare: qꝛ proportionabiliter Alchidimus erat quaſi Euxenus geometricus. Et forte ideo inoleuit iſtud prouerbium quia Alchidimus volebat ſe intromittere de menſura terrarum: cuꝫ non plus ſciret de geometria q̄ꝫ Euxenus. i. q̄ ille ruſticus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et inde eſt: ꝙ in politia Platonis: qui mortuos ſpoliant: aſſimilātur catulis: qui lapides mordent iacentium non tacti.

¶ Ponit tertiam aſſimilationem. qꝛ Plato in ſua policia aſſimilabat expoliatores mortuorum canibus. Canes enī cum aliqui ꝓijciunt eis lapides: etiam ſi non ſint tacti a dictis lapidibus: currunt poſt eos: ⁊ mordent: ſic illi cū nō tāgant̄ a mortuis: mortuos expoliant. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ille ad populum: q̄a aſſimilatur naute forti q̄dē ⁊ ſurdo. Sunt aūt ⁊ illi ad metra poetarum: qꝛ aſſimilantur his: qui ſine pulchritudine formoſi. Hi quidem enim cum efflorueriˉt diſſoluta non ſimilia videntur.

¶ Ponit aliam aſſimilationem: qꝛ quidam aſſimilāt quēdaꝫ populū naute forti ⁊ ſurdo. Et forte ideo fecit: qꝛ p̄pls ille erat magnę potentię: ſed non erat ſuſceptibilis diſciplinę. Adducit aliud ſimile: qꝛ metra poetaꝝ aſſimilant̄ formoſis ſine pulchritudine. Appellant̄ hic formoſi ſine pulchritudine: qui ſe formant coloribus: ⁊ formoſitatib̄ alienis: qui. n. ſic formoſi ſunt: cū effloruit. i. cuꝫ euaporauit ille color appoſitus: non vident̄ pulchri: ſic ēt metra poetarum cum diſſoluentur: non apparent pulchra: iō ſi ſententia illa dicat̄ proſaice: delectat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et Perideū dicit Samios aſſimilari ipſis pueris: qui cibos q̄dē ſuſcipiunt: plorant autē. Et quaſi ad violentos: ꝙ ſimiles pinnis. Pinni enim a ſeipſis deiecti: ⁊ violenti adinuicem pugnantes. Et Demoſthenes populuꝫ: quia ſimilis eſt nauibus nauigantibus.

¶ Ponit aliā aſſimilationē: qꝛ Perideus dicit Samios. i. illas gentes aſſimilari ad ipſos pueros: q cū accipiūt cibus plorāt. ſic forte illi hoīes de ſuis benefactoribus murmurabant. Alia aſſimilatio eſt: ꝙ violenti ſuperbi ſunt ſimiles pinnis. Pinni. n. ſunt quędam arbores altę: quę vento concuſſę ſeipſas deiciunt: ſic ⁊ violenti elati per ſupbiā contra ſeipſos pugnant. Et Demoſthenes aſſimilauit quēdam populum nauigantibus: quod forte ideo dixit: qꝛ populus ille erat inſtabilis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et vt Democrates aſſimilauit rectores nutricibus: que cibum deglutiētes ſaliua pueros liniūt. Et vt Antiſthenes Luphiſodocū tēuī thuri aſſimilauit: qꝛ perēptus letificat.

¶ Ponit aliam aſſimilationem. quia Democrates rhetores ⁊ gubernatores ciuitatum aſſimilauit nutricibus: quę cum pueros cibant maiorem partem cibi deglutiunt: ⁊ de reſiduo cibi: quod eſt quaſi ſaliua pueros liniunt: ⁊ mitigant. ſic ⁊ principes cum tyranniçant poſſeſſiones ciuiuꝫ accipiunt: ⁊ verbis eos mitigant. Et Antiſthenes quēdam hominem: qui vocabatur Luphiſodocus tenuis aſſimilauit thuri: quia ſicut thus combuſtum ⁊ mortificatum redolet ⁊ lętificat: ſic ille homo: qꝛ forte malus erat: peremptus lętificauit populum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Omnes

¶ Omnes aūt has ⁊ vt aſſimilatiões: ⁊ vt metaphoras licet dicere. Quare que cuȝ vtiqȝ approbate fuerint: vt metaphore dicte palam: qꝛ ⁊ aſſimilationes metaphore rōne indigentes.

¶ Docet ex metaphoris facere aſſimilationes: ⁊ ecōuerſo. Notandū autē ꝙ metaphora ſumit: cum aliqs introdu/ dit ſub ſpecie alterius: vt ſi ſub ſpecie celi intelligant principes. Sēper ergo in metaphora ꝓ vno exponitur aliud: ſȝ aſſimilatio: vt dictum eſt: habȝ fieri: cum aliquid compa/ ratur ad aliō. ego dicerē vt ſi leo eſt timēdus: ⁊ per leonē intelligerem Achilem: eſſet ibi metaphora: ſed ſi dicerem Achiles vt leo eſt timendus: qꝛ in hac locutione nō intel/ ligerē vnum per aliud: nō eſſet ibi metaphora: que eſt idē qꝺ tranſformatio: ſed eſt ibi aſſimilatio ⁊ ꝓportio. Aſſimilatio ergo eſt planior: ⁊ minus habȝ de impꝛopꝛietate. Cum ergo qcqd dicitur metaphorice: poſſit dici aſſimilatiue: ponendo ibi: vt quaſi ſicut que aſſimilationē impoꝛtāt: ſem/ per ex metaphoris poſſumus facere aſſimilationes: ⁊ ecōuerſo. Duo ergo facit: quia primo dicit: ꝙ ex dictis exem/ plis poſſumus vti vt aſſimilationibus ⁊ metaphoris. Se/ cundo dat quādā regulā generalē: ſm̄ quā debemus acci/ pere metaphoras ⁊ aſſimilationes. ibi. ¶ Semp aūt opȝ.) Dicit ergo: ꝙ oēs has ꝓpoſitiones: ⁊ oīa pdicta exempla: licȝ dicere vt aſſimilationes: ⁊ metaphoras. igit quecūqȝ metaphore fuerant appꝛobate poſſum⁹ vti illis: vt aſſimilationibus. Aſſimilationes eni ſunt metaphore indigētes rōne. i. rōnabiles aſſimilationes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Semper autem opoꝛtet eam metaphoꝛam ex ꝓpoꝛtionali reaſſignare: ⁊ alterutra: ⁊ in homogeneis. puta ſi phiala ſcutū bachi: ⁊ ſcutum congruit dicere phialā martis: oꝛatio quidem igitur componitur ex his.

¶ Dat quādā vlēȝ maximā. ſ. metaphoras ad aſſimilationes: qꝛ oīa talia debent ſumi ex ꝓpoꝛtionabilibus: ⁊ ex alterutris: ⁊ ex homogeneis. opȝ eni aſſimilata alterutra. i. ad ſe inuicē eē ꝓpoꝛtionabilia ⁊ homogenea: vt ſi phiala ſit ſcutū bachi: oȝ ꝙ ſcutū ſit phiala martis. Bachus eni eſt deus vini: potatores enim pro ſcuto habēt ciphū ⁊ po/ tū: ſiue phialam: Mars eſt deus belli. Bellatores autem pro phiala ⁊ pro cipho habēt ſcutū. ꝓgrue g̃ dictū eſt: ꝙ ſi ciphus eſt ſcutum potatorū: ſcutū eſt. ciphus bellatorȝ. ¶ Epilogat ꝙ oꝛatio rhetoꝛica cōponit ex his metapho/ ris: ⁊ ex his ſiſibus: aliter pōt itroduci epilogus: ⁊ melius: qꝛ oꝛatio rhetoꝛica ⁊ aſſimilatiua cōponit ex his. i. ex proportionalibus ⁊ homogeneis.

Eſt autē pꝛincipale electionis greciȝare. hoc autem eſt in quinqȝ.

¶ Poſtq̄ phs oſtēdit ꝙ oꝛatio debet eſſe ꝓpꝛia: ⁊ ꝙ nō oȝ eſſe abuſiua: in parte iſta oſtendit ꝙ oꝛatio oȝ eſſe cōgrua. Et duo facit: qꝛ primo in ſpeciali aſſignat quēdā do/ cumenta gn̄alia: que requirunt ad cōgruitatem eius. ibi. ¶ Totaliter aūt opȝ.) Circa primū duo facit: qꝛ pmo pꝛemittit modos: qbus cōtingit incongrue loqui. Scdo exequtur de vno quoqȝ mēbꝛo. Scda ibi. ¶ Pꝛīcipiū qdē.) Dic ergo: ꝙ pꝛincipale vitiū locutionis eſt grecizare. i. barba/ logizare ſiue cōmittere barbariſmū. Accipit āt hic barbariſmus large ꝓut includit ſoleciſmū: ⁊ vicia annexa. huiꝰ autem barbaralogizatio quātū ad pꝛeſens ſit quinqȝ modis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Pꝛincipium quidem cōiunctionibus ſi aſſi/ gnet quis vt apte nate ſint pꝛioꝛes: ⁊ poſteriores inuicem. vtputa quedaȝ requirere. hec quidem: ⁊ ego quidē requirūt: hāc aūt: ⁊ hāc vero.

¶ Exequitur de dictis modis. Ad cuius euidentiā notādū ꝙ vt dicebat ſuperius. ſic in vno ⁊ eodē argumēto pnt aſſignari diuerſe fallacie: ſic vnū ⁊ idē peccatū rhetoꝛicū pōt dici abuſio: ⁊ incōgruitas: ꝓpter hoc nō eſt incōueniens ſi tangi aliqua: que vident eſſe dicta in locutione inſipida: ſiue in locutione abuſiua. Quinqȝ aūt facit in hac parte ſȝ ꝙ quinqȝ incōgruitates ponit. Nam pꝛimo ponit icōgruitatē ſumptā penes cōiunctiões. Scdo penes noīa. Tertio penes oꝛationes. Quarto penes genera. Quinto penes numeros. Scda ibi. ¶ Scdm̄ autē.) Tertia ibi. ¶ Tertiū non dubys.) Quarta ibi. ¶ Quartū vt pythagoꝛas.) Quinta ibi. ¶ Quintū in eo ꝙ.) Circa pꝛimū duo facit: ſm̄ ꝙ in cōiunctionibus dupl'r contingit peccare. Pꝛimo quantū ad oꝛdinē. Scdo quantū ad multitudinē ⁊ quantū ad lōgaȝ ſuſpenſionem. ¶ Scda ibi. ¶ Opȝ autē donec.) Dicit ergo: ꝙ pma incongruitas eſt attendenda quantū ad cōiunctiones: vt ſiquis aſſignat eas pꝛout ſunt apte nate: quedā eni cōiunctiones ſunt poꝛes: que ſunt oꝛdinis pꝛepoſitiui: ⁊ q̄/ dam poſterioꝛes: que ſunt oꝛdinis ſubiunctiui: vt ille que dicimus: qm̄ ſemper pꝛeponit enim: ego quidē poſtponi/ tur: vt hec dictio quideȝ. Dicimus enim: ego quidē: ⁊ poſtponitur quidem non pꝛeponit: quedā vero coniunctiões reliquūt hanc oꝛdinationē: quia pnt pꝛeponi: vt vero ꝓut etiam: ⁊ reperiuntur etiaȝ ille que ſunt oꝛdinis cōmunis.

¶ Notanduȝ autem: ꝙ hic accipitur coniunctio large ꝓ oībꝰ ptibus oꝛonis ſincathegorematicis: quarū pꝛima ſꝑ pꝛeponitur: ſicut pꝛepoſitiones: que ſemper pꝛeponuntur nunq̄ poſtponunt in oꝛdine partium oꝛationis: exceptis quibuſdā partibus: vt mecū: tecū: ⁊ ceteris: de quibus nō ſit nobis cure: ſic etiam ſemꝑ pꝛeponunt cōiunctiones ꝓ/ poſitiui oꝛdinis: quedā vero dictiones ſemper poſtponūt ſi g̃ in his nō ſeruem⁹ oꝛdinē debitū: peccam⁹. ¶ Dei. ⁊c.

¶ Opoꝛtet autēȝ donec memoꝛia fuerit reſpōdere inuicem: ⁊ neqȝ longe dependere: neqȝ coniunctionem ante ꝯiunctionē aſſumi preter neceſſariuȝ. Raro enim congruit.

¶ Determinat de ſcda in cōgruitate. Et duo facit: qꝛ pmo pꝛeponit dictum vitiū. Scdo manifeſtat qꝺ dixerat ꝑ exēplū. ibi. ¶ Ego autem.) Dicit ergo: ꝙ opȝ vti coniunctioni/ bus non longis. ſed debent reſpōdere ſibi inuicē: ⁊ nō facere longā dependentiā: tm̄ enim debet depēdere cōſtructio locutionis donec memoꝛia noſtra bene recoꝛdet pꝛecedētiū ⁊ ſequētiū: ⁊ ſciamus: que cū quibus ſunt cōſtruenda ⁊ nō debemus ponere cōiunctionē ante cōiunctioneȝ niſi raro: vt qn̄ eſt neceſſariū: ſed pꝛeter neceſſariū nō eſt fien/ dum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ego autem: qm̄ mihi dixit. Venit eniȝ Cleō deprecans: ⁊ ſignificans: ambulabā recipiēs eos. In his enim multe coniunctiones pmiſſe ſunt ante reſpondēdam coniunctionē. Si aūt multum ꝙ in intermediuȝ fiat eius qꝺ eſt am/ bulabam obſcurū. Vnūqꝺqȝ itaqȝ: qꝺ quidē bene in coniunctionibus.

¶ Manifeſtat qꝺ dixerat ꝑ exēplū: vt ſi quis diceret. Ego autē qm̄ Cleon venit. ⁊ dixit mihi ſignificans ⁊ depꝛecās me: ⁊ ābulabā recipiēs ipſos: in his eni locutionibus multe locutiones pmiſſe ſūt ante cōiunctionē reſpondendaȝ. idest anteq̄ deueniat ad verbū: qꝺ debȝ cōiungi ⁊ reſpō/ dere ſuo noīatiuo. Nā in dicta locutione: ego cōſtruit cū ambulabā: tn̄ inter illa duo ſunt multe cōiunctiões ⁊ par

ticule intermiſſe. Ideo ſubdit: q ſi ſit multū itermediū inter hāc dictionē ego ⁊ ambulabā: eſt obſcurū eloquiū: obſcurā eni locutionē fac nimius receſſus a pp̄o v̄bo: vnū qđq ergo in orōnibus ordinandū eſt bene ſm debitas cō iunctiones. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secundū autē proprijs nominibus dicere ⁊ non ambientibus.

¶ Determinat de ſcđa incōgruitate: q nos debemus vti noībus pprijs: ⁊ nō cōibus ambiētibus multa. Incōgrua enim ſunt talia: quę reddūt locutionē obſcurā. ¶ Dei. ⁊c.

¶ Tertium non dubijs: hoc autem ſi nō cōtraria velint: qđ quidē faciunt cū nihil quidē habeant dicere: fingunt autē aliquid dicere. Tales enim in fictione dicunt hoc.

¶ Determinat de tertia icongruitate: ⁊ duo facit: q p̄ ponit icōgruitatē ipſā. Scđo expōit qđ dixerat p exēº. ibi. (Ut puta empedocles.) Dicit g: q 3ᵐ ꝯgruitatis genᵘ eſt: q nō vtamur dubijs orōnibᵘ: q vtēdo dubijs ꝯmittimᵘ icōgruitatē. Hoc aūt. i. huiꝰ orōnis nō dubię ſint. ſi nō velint cōtraria q̄ appareant dicere: ſed ſi cōtraria apparēt dicere q̄ velint: tunc ſunt dubię: qm̄ dubitare faciunt hoīes: q nihil habēt dicere: ⁊ neſciunt quid dicūt: ppter qđ tales fingūt dicere aliqd: fingēdo hęc eloqa dubia. ¶ Deide cū dicit.

¶ Utputa Empedocles. Simulant enī p circuitum: cū ſit multus: patiuntur auditores.

¶ Exponit qđ dixerat per exēplū: ad cuius euidētiā notandū: q tā in agibilibus q̄ in ſpeculabilibᵘ hoīes pp ignorātiā loquunt dubia. Doctrina eni prudentiū eſt facilis: ⁊ ſignū oīno ſcientis eſt poſſe docere: ſed cū hoīes ignorāt veritatē: vel loquūtur dubia: quę oī intellectu carent: vel dicunt dubia: quę pn̄t trahi ad diuerſos intellectus: ſicut in agibilibus cōtingit. Q cū iſti diuinatores quid ſit fiēdū enūciant: nunq̄ debēt aliqd determinare: q veritatē futurorū neſciunt. Duo ergo facit: q p̄mo dicit qūo cōtingit loqui dubia in ſpeculabilibus. Scđo in agibilibus. Scđa ibi. (Qđ quidē multi.) Dicit ergo: q aliq loquūtur dubia ſpeculabiliter: ſicut empedocles ſimulabat ſe loqui ſcientifica faciens eloquiorū circuitū: ⁊ q multas circūlocutiones proferebat: licet nihil determinate diceret: patiebant tn̄ auditores credētes ipſum bene dicere. ¶ Deide cū d.

¶ Qđ quidē multi a diuinatoribus. Cū enim dixerint dubia coambiunt Charoſius Alencū trāſierit: magnū principatū diſſipabit.

¶ Oſtendit hoc idē contingere in agibilibus. Et duo facit q p̄mo facit qđ dictū eſt. Scđo dat cām dicti. ibi. (Et q vniuerſalr.) Dicit ergo: q multi patiunt hoc idē a diuinatoribus: cū nō dicant niſi dubia. Iſti enim diuinatores nihil certū dicunt: ſed in quadā cōfuſione ⁊ vlitate diuināt. Dicunt enī cū Charoſius. i. cū ille dominus: vel ille alius dn̄s Alen trāſierit: magnū principatū diſſipabit: nunq̄ tn̄ determinant: qn̄ iſtud debz eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quia vl̄iter minus eſt peccatum per gn̄a negocij: dicunt diuinatores pertinget vtiq qs ⁊ magis vtūtur diuinationibus paria aut iparia dicētes magis q̄ quot hn̄t: ⁊ q̄ erit: quot ⁊ quādo: pp qđ veraces non determinant vnq̄ oīa itaq hec ſimilia. Quare ſi non tale alicuius gratia: fugiendum.

¶ Dat cauſam dicti: quare ſic vl̄r loquunt diuinātes di. q hoc cōtingit: q in gn̄ali minus homo decipit aliqs: ſi quę rereť ab eo: q diuinaret de aliquo numero: ⁊ ille reſpōderet in vl̄i: q eſſet par: vel impar: q̄ ſi reſpōderet in particulari: q eſſet dōm quot eēnt. Sic etiā nos minus cōprehendimur in mēdacio: ſi dicimus q erit: q̄ ſi diceremus: q hoc eſſet. ideo vates ⁊ pphetę gentiliū ſiquā rem pnoſticabant: ne cōprehenderent in mendatio: non determinabant tempus. Addit autē: q oīa iſta ſunt ſimilia. i. oīa talia eloquia ſunt dubia. Ideo per ſe ſūt fugiēda. Poſſunt tamē tollerari alicuius neceſſitatis gratia.

¶ Quartum vt Pythagoras genera nominū dixit: dimiſit maſculia: ⁊ feminina: ⁊ inſtrumentalia. Oportet enim aſſignare: ⁊ hec recte hec progreſſa: ⁊ allocuta recedit.

¶ In parte iſta d̄terminat de quarto mō incōgruitatis dicens: q quartus modus eſt ille: quē comittebat Pythagoras: q dimittebat genera nominū: maſculina: fęminina: ⁊ inſtralia: ⁊ neutra: vt ſonat alia lr̄a. Iſte modus incongruitatis qn̄ in locutione eſt diſcordātia generū: vnde ille dimittebat genera: q non curabat de icōgruitate generū. Ideo ſubditur: q hęc. ſ. genera opz ſignare recte: vt loquēdo de muliere loquunt in fęminino gn̄e, nō maſculino: hęc eſt pgreſſa ⁊ locuta recedit. ¶ Dei. ⁊c.

¶ Quintum in eo q multa ⁊ pauca: ⁊ vnū recte nominare: aduenientes autē v̄berabāt me.

¶ Dicit q quintū genus icongruitatis eſt ſm numerū: q multa debemus noīare vt multa ⁊ pauca: vt vnū aut de mltis debemᵘ dicere in plali dicēdo aduenietes v̄berabāt me. ¶ Notandū autē has quinq incōgruitates ſic poſſe accipi: q oīs incōgruitas vel ſumit originē ex ſignificatis vel ex modis ſignificādi. Si ex ſignificatis duplr: q huiꝰ ſignificatū vel eſt ſimplex: vt dictio: vl̄ compoſitū: vt oratio. Si ē ſimplex: hoc etiā eſt duplex: q vel eſt ſincathegorica. i. ꝯſignificatiua. Huius ſūt aduerbia ꝯiunctiōes ⁊ cętera talia. ⁊ ſm hoc ſumit primus modus incongruitatis: ⁊ talia nō aſſignamus vt debemus. Si vero huius dictio ſit ſignificatiua: ſic ſumit ſecūdus modus icōgruitatis: q non vtimur pprijs noībus. ¶ Notandū autē: q hic loco noīs ponit quęlibet pars ſignificatiua: ſicut in ipſo mō per cōiunctionem intelligebat quęlibet pars cōſignificatiua. Ipſa enī verba ſm ſe ſumpta noīa ſunt: ⁊ participiū pro noīe ponit: q partē capit noīs: partēq verbi. Si v̄o huiꝰ ſignificatū ſit cōpoſitum: ſic ſumit tertius modus: qui hr ex eo: q loqmur orōnes dubias. Tres g ſumunt modi penes ſignificata. duo v̄o alij accipiunt penes modos ſignificandi. Ad modos aūt ſignificādi reduci pn̄t oīa accidētia tā noīs q̄ verbi. Huius aūt accidētia ptinētia ad modos ſignificādi: vel ſunt ea: in quibus diſtinguit nomen a verbo: vt maſculinū ⁊ fęmininū: ⁊ cętera genera: ⁊ ſic accipit quartus modus: qui ſumit penes diſcordantias generū: vel in huius accidentibus: cōuenit nomen cū verbo ſicut numerus ſingularis ⁊ plalis: ⁊ ſic eſt quītus modus: qui accipit penes diſcordātias numerorū. ¶ Deinde. c. d.

¶ Totaliter aūt opz facile legibile eſſe qđ ſcriptū eſt: ⁊ facile ediſſeribile. Eſt aūt idip̄ qđ quidem multe coniunctiones non habent: neq q nō facile pūctare: ſicut ea: que Eracliti. Id eni qđ Eracliti pūcta eſt laborioſum: q immanifeſtū eſt viro: adiaceāt ei: qđ poſteriᵘ: aut ei: qđ prius: vtputa in principio ipſius libri: aut enī ſermōis optū ſp iperſpicaces hoīes fiūt. Iun-

ctū enim

ctũ enim id:qđ eſt ſemp̱:cũ quo punctãdum.

¶ Dat quędã documenta gñalia ad cõgruitatẽ. Nam locutio congrua ⁊ clara tria habere debꝫ. Primo debꝫ eſſe bene diſtincta ⁊ punctata. Scđo debꝫ eſſe bene ordinata. Tertio debꝫ eſſe bene conſtructa ⁊ cõnexa. Tria ergo facit:qꝛ p̄mo oſtẽdit:ꝙ cõmittitur incõgruitas:ſi nõ ſit oratio bene diſtincta ⁊ punctata. Scđo ſi nõ ſit bñ ordinata. Tertio ſi nõ ſit bene ꝯnexa. Scđa ibi.(Adhuc h̄ faciũt.) Tertia ibi.(Obſcura autẽ ſi nõ.) Dicit ergo:ꝙ oratio ſcripta debet eſſe facile legibilis:⁊ faciliter ediſſeribilis.ideſt declarabilis ⁊ intelligibilis. Iſte aũt modus locutionis:ꝗ nõ eſt facilis ⁊ apertus:eſt ille:in quo nõ ſunt multę locutiones.i.non ſunt ibi tot cõiunctiones:quot requirit locutio:ꝓpter defectũ enĩ eorũ non eſt facile punctare. Huiꝰ dicta Eracliti:quę laborioſum erat punctare:⁊ non erant manifeſtũ.vtrũ dictio adiaceret:⁊ copularet̃ ei:qđ poſterius: vel ei quod prius.nam in principio libri ſui dixit Eraclitus:ꝙ ſermonis oportuni ſemp̱ in ꝓſpitate ſunt homines. In huius enim locutione ꝓpter defectũ cõiunctionis incertũ eſt:cũ quo ſit punctandũ ſemper.vtrũ cũ oportuni:vel cum proſperitate. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc hoc faciũt ſoloecizare ⁊ reaſſignare qdẽ:ſi nõ adiũgas ambobus congruit:vtputa aut ſonum:aut colorem.hoc quidẽ vidẽs nõ cõmune:hoc autem ſentiens cõmune.

¶ Ponit ſcđam incõgruitatẽ:quę cõtingit ex defectu orõnis:ꝙ enim neſciamus:quę dictio cũ qua ſit coniungẽda:dupl'r põt contingere. Primo ſi oratio ſit male ordinata:vt dicitur nunc.ideo ait:ꝙ adhuc facit ſoloeciçare:⁊ reaſſignare:ſiue copulare indebite dictiones.ſi orõ ſit inordinata:vt ſi nõ adiungas ambobus:qđ congruit:vtputa ſiquis diceret:ſonum aut colorem:hoc quidem videns:hoc aũt ſentiens. Nam cũ ſentire ſit quid cõmune ad ſonũ:⁊ colorem:licꝫ videre non ſit quid cõmune:icertum eſt.vtrum ſentire debeat referri ad ſonũ:vel ad colorẽ. ¶ Dein.c.d.

¶ Obſcura autem ſi non apponẽs dixeris mẽſuris multa itermedia:vtputa. Facturꝰ.n.erã multa:cum diſputaſſem cum illo:hec ⁊ illa ſic progredi:ſed non debebam enim cum diſputaſſem:deinde hec:⁊ ſic fiebant.

¶ Determinat de tertia incõgruitate ſumpta penes compactionẽ. Orõ enĩ bene debꝫ eſſe cõpacta:ita ꝙ inter nomẽ ⁊ ꝓpriũ verbũ nõ debẽt eſſe multa intermedia. Ideo ait ꝙ obſcura eſt oratio:ſi nõ apponẽs.i.cõiungens appoſitũ ſuppoſito:ſi nõ p̄ncipale verbũ ꝓprio nomini:ſed eis ⁊ inſeris.vtputa ſiquis diceret. Facturus enĩ eraꝫ multa.tñ cũ diſputaſſem cũ illo:⁊ narrat hęc:⁊ illa quę diſputabat:⁊ ſic progredit̃ recitãdo magnã hyſtoriã:⁊ poſtea addit:ſed nõ debebã. Iſta oratio eſt obſcura:qꝛ inter facturus:⁊ debebã:qđ eſt propriũ verbũ eius:ſunt multa intermedia. Addit aũt:ꝙ cũ dicit eraꝫ aliqđ facturus. Deinde ſubdit hoc:⁊ hoc:quę đbebat facere:⁊ qualiter illa fiebãt: Et poſtea addit vtrũ velit illa facere:vel nõ. Hęc etiã locutio eſt valde obſcura:qꝛ iter nomẽ ⁊ v̉bũ ml'ta iſerunt̃.

Ad dilatationẽ aũt locutõis faciũt hec ratione vti pro nomine. vtputa non curſum: ſed planum ꝙ ex quali medio:ad abbreuiationem autẽ cõtrariũ pro ratione nomen.

¶ Poſtꝙ phs determinauit de elocutione quãtũ ad diſpoſitionẽ eius.hic aũt in parte iſta determinat de ea quãtũ ad ornatum ipſius:ornatus autẽ locutionis poteſt attẽdi in tribus. Primo quantũ ad dilatationẽ:vt ꝙ ſit breuis:⁊ longo modo debita. Scđo quantũ ad decentiam:vt ꝙ ſit decens ⁊ cõueniẽs auditoribus:⁊ loquentibus:⁊ etiam rebus:de quibus eſt iſta locutio. Tertio huius ornatus attendi põt quantũ ad curſum ⁊ conſonantiã:quod facit ad quandam locutionis venuſtateꝫ:quã appellat phs ſęnia. Tria ergo facit:qꝛ p̄mo determinat de ornatu locutionis quantũ ad dilatationẽ. Scđo quantũ ad decẽtiã. Tertio quantũ ad venuſtatẽ ⁊ cõſonantiã. Scđa ibi.(Siue quãtũ ad armoniã.) Tertia ibi.(Decentia aũt.) Quarta ibi.(Sęnia aũt.) Circa primũ quattuor facit ſm ꝙ quadrupliciter docet dilatare ⁊ abbreuiare locutionẽ. Scđa ibi.(Et nõ annectere.) Tertia ibi.(Et cuꝫ cõiunctione:⁊ illđ autumatri.) Circa p̄mũ duo facit:qꝛ p̄mo dat regulã ipſã. Scđo oſtendit qũo ea ſit vtendũ. Scđa ibi.(Et ſi turpe.) Dicit ergo ꝙ ad dilatationẽ locutiõis facit:ꝙ ꝓ noĩe vtamur ratione.i.diffinitione:⁊ loco circuli ponamus ſuperficiẽ planã:a cuius medio lineę ducte ad circũferentiã ſunt ęquales. Si vero volumus abbreuiare facimus cõtrariũ vt pro rõne ponamus nomẽ. Sic enĩ abbreuiabimus ſermonẽ:qꝛ diffinitio datur per noĩa.diffinitũ vero ſignificatur vno nomine. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi turpe:aut indecens ſiquidem in ratione ſit turpitudo nomen dicere. Si autẽ in noĩe ratiõe: ⁊ metaphoris manifeſtare:⁊ adiectiuis:cauere igitur id poeticum. Et id quod eſt multa facere:qđ quidem poete faciunt ex vno exiſtente portu:tamẽ dicunt ad portus achaicos ⁊ protracte multarũ ianuarũ aperte porte.

¶ Oſtẽdit quãdo debemus vti:⁊ quãdo non:qꝛ ſi turpitudo:⁊ indecentia a diffinitione debemus vti noĩe:qñ vero ipſuꝫ nomẽ eſt turpe a diffinitione:vt per metaphoras:⁊ per quędaꝫ adiacentia debemus illud manifeſtare.ita tñ ꝙ caueamus nobis:ne incurramꝰ in id:qđ eſt poeticũ:⁊ ꝙ plures faciamus metaphoras q̃ꝫ deceat:qđ poetę faciunt:vt enim ampuloſa loquet̃:loquit̃ de vno:ac ſi loqueretur de pluribus:⁊ vno exiſtẽte portu illius ciuitatis.dicũt ad portus achaicos:ac ſi multi eſſent portus:⁊ illi dicunt protracte portę multarũ ianuarũ.i.apertione enĩ intelligitur protractio. Cuꝫ ergo porta hñs multas ianuas.i.habens multas particulas:cum aperitur de neceſſitate protrahit̃ ocioſe.g̊ ⁊ poetice ibi addit̃ pro tractio. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Et non annectere:ſꝫ vtrilibet vtrũlibet ipſiꝰ vxoris eiuſqꝫ noſtre. Si autem breuiter cõtrarium ipſius noſtre vxoris.

¶ Dat ſcđm modũ dilatationis ⁊ abbreuiatõis:qꝛ ſi volumus dilatare:nõ debemus cuilibet mẽbro annectere alteram partem:ſed vtrilibꝫ annectat̃ vtrũlibet:vt ſi duo homines ſe diligerent:ſiquis vellet dilatare ſermonem:diceret tua ſunt tua:⁊ mea ſunt mea ⁊ tua. Ideo cuꝫ aliquis de amico ſuo loquit̃:ait ipſe dñs ipſius vxoris ⁊ noſtre:⁊ ſic etiã econuerſo:dici poſſet:nos ſumꝰ domini vxoris noſtrę:⁊ vxoris eius. Si nollemus abbreuiare: adderemus:cuilibꝫ mẽbro alterũ membrũ:⁊ nõ vtrũqꝫ.dicendo:amicus noſter eſt dñs ipſius vxoris noſtre:⁊ nos ſumus domini vxoris eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et cum coniunctione dicere. Si autem breuiter ſine coniunctione quidem: non auteꝫ nõ copulata:vtputa progreſſus ⁊ allocutus progreſſus alloquebar.

¶ Dat tertiū modū ampliationis ⁊ reſtrictionis dicēs: ꝙ ſi volumus dilatare ſermonē: debemus proferre cuꝫ coniunctione: ſi abbreuiare ſine cōiunctione: qꝛ oratio: que nō eſt niſi copulata. id eſt que eſt copulata: eſt lōga: vt puta ſi dicereꝫ. Progreſſus ⁊ allocutus: ſed ſi proferatᷣ ſine copula eſt breuior dicēdo. Progreſſus alloquebar. ¶ Dei. c. d.

¶ Et illō Antimachi vtile: de quibus nō habet loqui: qō ille facit ſuꝑ Rhecinissuꝫ ꝙ ē quedā regio ꝑflabilis: ⁊ modicus: ⁊ altus locus. Creſcit enim ſic in infinitum.

¶ Ponit quartū modū dilatationis. ⁊ duo facit: quia ꝑmo ponit dictū modū. Scđo dicit ipſum adaptabilē ad bona ⁊ mala. Scđa ibi. (Eſt autem hoc.) Dicit ergo: ꝙ ad dilatandū ſermonē vtile eſt illud Antimachi loquēdo. i. ordinando ſermonē noſtrum pro negatiua: ille eniꝫ Anthimacus ſic faciebat: cum loquebatᷣ ſuper Rhecinissum. i. illam regionem dicendo: ꝙ erat quedaꝫ regio perflabilis. id eſt ventoſa non quieta: ⁊ erat locus modicus. i. non magnus: ⁊ altus. i. nō imus. Iſta eni hec dicta affirmatiue: debēt exponi negatiue. Qꝛ aūt affirmatiue dicta ſunt: culpa eſt tranſlationis. Addit aūt: ꝙ iſte modus augumenti creſcit in infinitū: in infinitū eni poſſumus dilatare ſermonē deſcribendo aliquid negatiue. Infinita eni poſſunt remoueri ab eodem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autem hoc ⁊ in bonis ⁊ in malis qūo nō ſe habet vtroqꝫ enim modo ſit vtile.

¶ Oſtendit hunc modū eſſe adaptabilē bonis ⁊ malis. Et tria facit: quia primo facit qō dictuꝫ eſt. Scđo qō dixerat probat per ſignū. Tertio oſtēdit: in quibus acceptatᷣ talis modus. Scđa ibi. (Unde ⁊ noīa.) Tertia ibi. (Acceptatᷣ enim.) Dicit ergo: ꝙ deſcribere aliquid qūo non ſe habet id eſt oſtendere aliquid negatiue eſt adaptabile in bonis: ⁊ malis: vtroqꝫ eni mō. id eſt quocunqꝫ modo fiat: hoc ſit vtile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde ⁊ nomina poete fecerūt non concordatam ⁊ non lyratam melodiam ex priuationibꝰ eius additiunt.

¶ Manifeſtat qō dixerat per ſignuꝫ. Nā ꝙ manifeſtatio negatiua poſſit eē bona ⁊ mala: ſignū eſt: ꝙ poete: quoruꝫ eſt laudare ⁊ vituperare: ⁊ facere comedias ⁊ tragedias: ipſi fecerunt noīa priuatiua. Manifeſtant eniꝫ aliquid per priuationē dicēdo: melodiā aliquā eſſe nō ꝯcordatā: non lyratā. In talibus eni addiciunt manifeſtationē in priuationibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Acceptatᷣ eni hoc in metaphoris dictū ꝓportionalibus: vtputa dicere: tubam eſſe melodiam non lyratam.

¶ Oſtendit in quibus eſt bene acceptabilis talis modus: ⁊ hoc dictum acceptans in metaphoris ꝓportionabilibus Si eniꝫ aliquid negatiue manifeſtare volumus: ꝓportionabiliter debꝫ hoc fieri: vt ſi volumus oſtendere quid ſit tuba: dicemꝰ ꝙ eſt melodia nō lyrata. Lyratū eni eſt aliquid ꝓportionatū melodie: ſtulte eni diceretᷣ tuba melodia non ſuta. Sutum enim ⁊ inconſutile non ſunt differentie proportionales melodie.

Decentiam autem habebit locutio ſi paſſiōis illatia ſm aliqd ſit ⁊ moralis: ⁊ rebꝰ ſubiectis ꝓportiōalis.

¶ In parte iſta dterminat de decētia orationis. Et duo facit: qꝛ ꝑmo diſtinguit modos decētie. Secūdo determinat de vnoquoqꝫ membro. Scđa ibi. (Qꝛ autē ꝓportionales.) Oratio autem comparatᷣ ad tria. ſcꝫ ad dicentē a quo eſt: ⁊ ad auditorem ad queꝫ: ⁊ ad res: de quibus eſt. Triplicē ergo decentiā pōt hrē oratio. Nam reſpectu auditoris habꝫ decētiam, ſi ſit ſm aliquid paſſionū illatiua: reſpectu dicentis habet decentiā: ſi ſit moralis: reſpectu vero rerū hꝫ decentiā: ſi ſit rebus ſubiectis ꝓportionalis. ¶ Deide cuꝫ dicit.

¶ Qō aūt ꝓportiōales: ſi neqꝫ de ingētibus viliter ipꝫ dicatᷣ: neqꝫ de rebꝰ leuibꝰ venerabilr. neqꝫ ſuꝑ vilia noīa dicatᷣ ornatus. Si autem nō: comedia apparet: velut facit Cleophon. Silr. n. qdā dixit: ac ſi diceret: honorabilr ficꝰ.

¶ Determinat de vnoquoqꝫ membro: ſꝫ ꝙ tria membra premittit. Primo eni determinat de decētia orationis reſpectu rerū: que ſit per ꝓportionabilitatē. Scđo reſpectu auditoris: que ſit per paſſiones. Tertio reſpectu dicentis: que ſit per mores. Scđa ibi. (Illatiua autem paſſionis.) Tertia ibi. (Et moralis autē.) Dicit ergo: ꝙ decentia orationis quantū ad ꝓportionalia ſit. ſi ſermo ſit ꝓportionatus rebus: quare de ingentibus. i. de arduis nō debemus loqui viliter ⁊ imunde: vt ſonat alia lrā: ⁊ de leuibus non debemus loqui venerabiliter. Naꝫ ſuper vilia noīa nō dꝫ dici ornatus: qꝛ ſi hoc non fiat: apꝑebit ibi comedia. i. erit locutio poetica: ſicut Cleophon faciebat: qui de vilibus loquebatᷣ ſublimiter. Et ſimilr quedā mulier volēdo loqui de vilibꝰ: vt de ficubꝰ dixit: honorabilis ficus. ¶ Dei. c. d.

¶ Illatia aūt paſſiōis ſiqdē ſit ꝯtumelia: iraſcētis locutio. Si aūt ipia ⁊ turpis: moleſte ferēdo: ⁊ verēdo etiā dicere. Si aūt laudabilr hylariter. Si āt miſabilis miſerabilr: ⁊ i aliīs āt ſilr.

¶ Determinat de ſcđo membro: ⁊ duo facit: qꝛ ꝑmo facit qō dictū eſt. Scđo māifeſtat qō dixerat. Scđa ibi. (Perſuadet autē.) Dicit ergo ꝙ oratio hꝫ decentiā ex parte auditoris: ſi modo debite ſit paſſionis illatiua: vt ſi homo loquitur de contumelīs: loquitᷣ modo iraſcitiuo. Si loqtᷣ de impīs ac turpibꝰ: loquitᷣ ac ſi huius dicta inferent ſibi moleſtiam: ⁊ ac ſi verendū eſſe dicere talia ꝓpter abhominationem. Si aūt loquitᷣ de laudabilibus: loquitᷣ hylariter de miſerabilibus miſerabilr. ⁊ in alīs ſimilr: qꝛ ſemꝑ debet ſe conformare paſſionibus: ad quas vult inducere auditores. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Perſuadet aūt negociū ⁊ ꝯueniēs elocutio paralogizatur eni taꝫ aīa q̃ꝫ uera dicere: qꝛ in talibus ſe habēt: vt putent: ⁊ ſi non ſe haberēt qūo qui dicit negocia ita ſe habere.

¶ Manifeſtat qō dixerat oſtendens talem modū eſſe decentem ⁊ competentē rhetoribus: rhetor eni intendit perſuadere ⁊ aggenerare fidem ⁊ credulitateꝫ in alio. Duo ꝗ facit ſm ꝙ duplr probat: ꝙ per predictū modū aggeneratur fides: ⁊ credulitas in alio. Scđa ibi. (Et ſimul compatitur.) Dicit ergo: ꝙ cōueniens locutio perſuadet negociū id eſt reddit auditorē magis credibilē: paralogiçatur eni anima auditoris tanq̃ꝫ ſi loquēs vera diceret: qꝛ in talibꝰ dato ꝙ ſic ſe non haberent negocia: vt loquens dicit auditores tamē ita ſe habent: vt putent ita ſe habere negocia quo modo ſe habꝫ ille: qui dicit ea. Sicut eniꝫ loquens ſe habꝫ in dicendo miſerabiliter: ſic auditores credunt vere eſſe miſerabilia: que proponit: iudicant eni de dictis ſꝫ ꝙ credunt eſſe paſſionatā faciē dicentis. ¶ Deide cuꝫ dicit.

¶ Et ſimul cū patitᷣ qui audit ſemper ei: qui loquitur paſſionaliter: ⁊ ſi nihil dicat: ꝓpter qꝫ

multi

multi ſtupefaciunt auditores tumultuantes.
¶ Adducit ſcđaꝫ rationē: ꝙ homo paſſionatus inclinatur vt credat ſm paſſionē predominantē in ipſo: ⁊ qꝛ audiēs ſemꝑ compatit̄ ei: qui loquit̄ paſſionate: dato ꝙ loquens nihil dicat: ⁊ neſciat perſuadere: eo tn̄ ipſo ꝙ paſſionabil'r audiens compatitur ſibi: ⁊ inclinatur: vt credat que ꝓponit. Qꝛ autē modus loquēdi īducat hoīes ad paſſiones pꝫ: quia multi tumultuantes ex ipſo tumultu ſtupefaciūt auditores inducēdo eos ad paſſiones ſtuporis ad quā īducti magis credunt qđ dicit̄. Eſt ergo decenter ſe conformare paſſionibus: qꝛ reddūt hominē creditiuū: vt dupl'r oſtenſum eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et morales hec autē que ex ſignis oſtenſio aſſequit̄ vnicuiqꝫ gn̄i ⁊ habitui: que congruit.

¶ Determinat de tertio mēbro: ⁊ duo facit: qꝛ primo ꝑmitit qđ intēdit. Scđo exponit qđ dixerat. ibi. (Dico autē.) Dicit ergo: ꝙ decentiā hꝫ oratio ex parte dicētis: ſi ſit moralis. Huius autē oſtenſio fit ex ſignis: vnicuiqꝫ enim generū ⁊ vnicuiqꝫ habitui congruunt quedam ſigna: ꝑ que dicens pōt oſtēdere ſe eſſe illius gn̄is: ⁊ illius moris: ſiue illius habitus: ſi ſigna proferat cōgruentia illi habitui: ⁊ illi generi. Eſt aūt iſta decentia vtilis: que non ſufficit auditorem paſſionare: ⁊ ſermonē ꝓportionalē rebus dicere: ſed requirit̄: ꝙ ipſe dn̄s oſtendat ſe per ſigna: ꝙ ſit boni moris ⁊ boni habitus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico autē genus qdē ſm etatē puer: aut: vir aut ſenex: ⁊ mlier: aut vir: aut latro: aut Theſalus. Habitus autē ſm quos qualis: quis vita. non eni ſm oīum vite habitus quales quedā. Si igitur facere morē: neqꝫ ſimiliter ruſticus vtiqꝫ: ⁊ eruditus dicat.

¶ Manifeſtat qđ dixerat: ⁊ duo facit: qꝛ primo oſtendit: ꝙ diuerſis generibus: ⁊ diuerſis moribus cōpetunt diuerſa ſigna. Scđo dat quaſdā regulas gn̄ales vtiles ad cōem talem decentiā. Scđa ibi. (Patiunt̄ autē aliquid.) Dicit ergo: ꝙ genus hoīum appellat̄ ſm etatē ipſorū: vel ſm ſexum. Nam puer: vir: ⁊ ſenex differunt ſm etatē: mulier ⁊ vir ſm ſexum: vel diuerſitas generis pōt ſumi ſm regiones: ſm ꝙ Latro. i. ille homo eſt vni⁹ regiōis: ⁊ Theſalus pōt referri ad diuerſitatē progenitoꝝ: qꝛ aliquis eſt nobilis ſm genus: aliquis nō. Subdit autē ꝙ habitus appellat̄ ſm quos aliquis eſt qualis. ideſt eſt bonus vel malus ſm vitam: qꝛ nō ſm omnē habitū vite ſunt boni: ergo ſꝫ diuerſitatem: ⁊ diuerſitatē generis inſurgunt diuerſi mores. Si igitur volumus facere: ⁊ oſtēdere morē per ſigna: quia ille: qui eſt alius genere: habitū ⁊ aliū morēꝫ habꝫ: qꝛ non eadēꝫ. Nec ſimil'r dicit: qui eſt ruſticus genere: ſicut q eſt eruditus ⁊ nobilis: ſi volumus oſtēdere eſſe eruditos: debemus ſic viuere vt eruditi viuūt. Tunc enim locutio noſtra habebit decentiā ex parte dicentis: ⁊ erit moralis: ſi ex his que loquimur oſtendimus nos eſſe boni moris.

¶ Patiuntur aūt aliquid auditores ⁊ illo: quo pro tꝑe vtūtur ſermonū ſcriptores. Quis enim non nouit que omnes ſciunt. Confitetur eni audiens erubeſcēs quū participet quo quidem: ⁊ alij omnes.

¶ In parte iſta inducit quedaꝫ gn̄alia paſſibilia adaptari ad diuerſas decentias. Et duo facit: qꝛ ꝑmo facit qđ dictū eſt. Scđo ſpecial'r nos īſtruit quomodo nos debemus habere in ſermonibus paſſionalibus. Scđa ibi. (Adhuc āt a proportionibus.) Circa primū duo facit ſm ꝙ duo documēta ꝓponit. Primū eſt: ꝙ pro loco ⁊ tēpore debem⁹ loqui admiratiue. Scđm eſt: ꝙ debemus loqui audacter Scđa ibi. (Oportūe autēꝫ.) Dicit ergo: ꝙ ſi loquimur admiratiue pro illo tēpore: auditores patiunt̄ aliqđ. Unde ⁊ ſcriptores ſermonuꝫ. ideſt poete: qui cōponunt ſermones vtunt̄ admiratione pro illo tēpore: quo volunt paſſionare auditores. Oñdit aūt quid eſt ſermo admiratiuus: ⁊ qūo per talem ſermonē paſſionat̄ auditor. Nā ſi quis admiratiue diceret: quis nō nouit hec: que omnes ſciūt: tūc paſſionatur auditor: ⁊ erubeſcens ꝯfitetur ſe credere: ⁊ ſcire illa quatenus participet eo: quo oēs alij participant: verenduꝫ eſt eni eū carere: qđ omnes habent. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Oportune aūt aut iportune vti cōe ē oīum ſpērū. Achos aūt in exceſſu: aut ꝙ tumultuatur. oportet eniꝫ ſeipſum ſibi conformare. Videtur enim verū eſſe: quoniaꝫ non latet loquētem quod facit.

¶ Dat ſcđm documentū dicens: oportunū eſſe vti eloquio importune. i. audacter: tēpore eni oportuno debemus audacter ⁊ iportune loqui. hoc eniꝫ eſt cōmune oīum ſpecierū: ⁊ omni ſpeciei: ⁊ omni decentie: qꝛ in omni exceſſu cuꝫ aliqs tumultuat̄. i. cū audacter loquit̄: habꝫ ibi eſſe achos ideſt cōgruentia. Qꝛ aūt ex audacia tēpore oportuno cōſurgat cōgruentia patꝫ: qꝛ opꝫ hoīem ſeipſum cōformare ſibi audacter loquēdo: qꝛ tūc videt̄ eſſe verū qđ dicit: qm̄ non latet loquentē qđ facit. i. qđ dicit. Que eniꝫ audacter loquimur: videmur illa ſcire: ꝓpter qđ videmur illa loq quia potiſſime vera dicimus: in his que ſcimus: ⁊ nō latet nos. ignorans eni cām aliter vera dicit. Si ergo audacter vera loquimur: videmur habere ſcientiā eorum: que dicimus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc aūt a proportionibus quidē non oībus ſimul: vti ita eni ſubripitur auditor. Dico autem. puta ſi nomina non dura: ſicut ⁊ non voci: ⁊ faciei ⁊ congruentibus.

¶ Docet quomodo nos debemus habere in ſermonibus paſſionalibus. Et duo facit: qꝛ ꝑmo oñdit qūo debemus nos habere: cū auditores ſunt ipaſſionati ſm ꝙ ſunt ipaſſionati. Scđo ꝓut ſunt in paſſionato eē. Scđa ibi. (Et tūc habuit.) Circa primū duo facit: quia ꝑmo premittit congruentiā ipſam. Scđo manifeſtat qđ dixerat. ibi. (Si aūt non.) Dicit aūt: ꝙ anteꝙ̄ auditores ſunt in paſſionato eē: ſi volumus eos paſſionare: nō debemus vti ſimul oībus ꝓportionalibus: que poſſunt eos paſſionare: qꝛ ſi hoc fiat: auditor ſubripit̄. i. hebetat̄: ⁊ nō ſuſcipit ſermonē. vt puta ſi nomina ſint dura: talia non debent proferri voce molli ſed facie hyllari: ne reputet̄ ficticium: quod dicit̄: ita ⁊ cōgruentibus debēt admiſceri: ne obſtupefiat auditor. Duo ergo ſunt attendenda cū proferimus paſſionalia: vt cum dicimus dura: quia debemus proferre dura facie: ⁊ dura voce. Scđo debemus ea ꝓportionare cōgruentibus proportionibus: vt nō ſimul proferamus ea: ne hebetetur auditor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autēꝫ non manifeſtū ſit vnūqđqꝫ qđ eſt. Si vero hoc quidē: hoc vero nō latebit: facies ideꝫ. Si igitur molia rigide: ⁊ dura ſuauter dicantur: imperſuaſibile fit.

¶ Manifeſtat quod dixerat. cōtinuet̄ ergo ſic. Ita dixi: ꝙ dura non debent dici moli voce ⁊ moli facie: qꝛ ſi hoc nō fiat: vnumqđqꝫ erit manifeſtū ſm ꝙ eſt. ideſt ex modo

diſcendi non aggenerabit fidem: ⁊ ex dicente non preualebit ꝙ̃ ſm qđ eſt in ſe. imo forte minus. ¶ Notandū autē ꝙ idem ſermo prolatus ab vno ꝓpter modū dicitur magni valoris: ꝓlatus ab alio videtur parui. Tūc ergo facit homo valere ſermonē etiā vilē: cū illū taliter pronūciat ꝙ latet vilitas eius: ⁊ videt̃ magni ponderis ex modo dicentis. Ideo ſubdit: ꝙ ſi hoc. i. durū proferat̃ dure. hoc vero. ideſt molle proferatur non dure: facies idē quod intendis: ⁊ perſuadebis: ⁊ latebit virtus illius ſermōis: ꝙ credi tur maioris virtutis ꝙ̃ ſit. Ideo ſubdit: ꝙ ſi molia rigide ⁊ dura ſuauiter dicant̃: imperſuaſibile fit. ¶ Deinde. c. d.

**¶ Nomina autē dupla: ⁊ adiectiua plura ⁊ extranea maxime congruunt loquenti paſſionabiliter. Indulget̃ eni irato malum manifeſtare prolixe: aut immenſum dicere.**

¶ Dat ſcđam cōgruitatē: q2 cū volumus paſſionare alios debemus loqui ꝑ noīa dupla rei reiterādo ſermonē nr̃m: addendo plura: ⁊ extranea: quia paſſionabiliter potiſſime congruit loqui magna ⁊ extranea: ⁊ eſt ratio: q2 indulget̃ irato manifeſtare malum prolixe: ⁊ dicere immēſum. i. excedere aliquo modo in loquendo. ¶ Deinde cū dicit.

**¶ Et cū habuerit iam auditores: ⁊ fecerit extra ſe inuehi: aut laudibus: aut vituperijs: aut ira: aut amicitia: velut ⁊ Iſocrates facit in feſtinali in fine.**

¶ Oſtendit qualiter nos debemus habere cum auditores ſunt in paſſionato eſſe. Et duo facit: q2 pmo premittit documentum. Scđo manifeſtat qđ dixerat. Scđa ibi. (Fama autē.) Et ſentētia cōtinet̃ ſic. Dedi documenta quō quis debꝫ auditores paſſiōare. ſed cū habuerit auditores iam paſſionatos: ⁊ fecerit eos extra ſe: dꝫ eos inuehi. ideſt deuiare: vt hꝫ alia littera: ⁊ inducere eos ad laudes: vel ad vituperia: vel ad irā: vel ad amicitiā: ſicut faciebat Iſocrates in quodā ludo feſtinali. ideſt in fine illius ludi inducebat ludentes ad quod volebat. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Fama aūt ⁊ ſnīa: ⁊ qui perdurauerit loquūtur talia rapti. Quare ⁊ acceptant videlicꝫ ſimiliter habentes: ꝓpter qđ vti poeſi. diuinum enīꝫ poeſis. Aut ita ſic opꝫ: aut cum ironia: ſic Gorgias faciebat. Et ea que in phedro.**

¶ Manifeſtat qđ dixerat: videtur autē alicui impoſſibile ꝙ auditores paſſionati poſſent īduci ad libitū. Sꝫ hoc nō eſt incōueniens: quia per ſermones quis abſtrahit̃: ⁊ allicitur: ⁊ ponit̃ extra ſe: ꝓpter qđ ō facili ducit̃. Ideo ait: ꝙ cū auditores ꝑdurauerūt in paſſiōe: ꝯpetit eis fama: ⁊ ſentētia. i. fatua ⁊ opinatiua: q2 rapti loquūtur talia. ideo auditores ꝑ ſermonē habētes ſimilr̃ ſicut rapti ⁊ abſtracti: quicquid eis dicitur acceptant. Uel per famaꝫ ⁊ ſententiam poſſumus intelligere laudem. vnde alia littera loco huiꝰ habet laus. Eſt enim laus quid famoſum ⁊ deſideratum: ſm cōmunem ſententiam: auditores autē: quia rapti ſunt omnem ſententiam laudant: ⁊ quicquid eis dicitur approbant. ideo cum talibus congruit vti poeſi. Poetica enim in ſibi adherentibus continet quid diuinum: in ſe tamen eſt trupbatoria ⁊ yronica. Sic paſſionati ſententiā: que in ſe eſt trupbatoria ⁊ fatua: laudant quaſi quid diuinū. ideo addit: ꝙ yronice opꝫ nos habere ad tales: ſic Gorgias docuit in phedro. ideſt in illo ſuo libro.

**Scema autēꝫ locutionis oꝫ neqꝫ metricum eſſe: neqꝫ ſine rithmo.**

¶ In ꝑte iſta dterminat de ornatu locutōis: qui dr̃ ꝯſonantia: ſiue ſcema. Scema enī grece imago vel figura interpretatur: ⁊ q2 imago in quadam repreſentatione ⁊ conſonantia cōſiſtit ornatus ille: qui ex curſu ⁊ cōſonantia dictionū ſumitur: ſcema ⁊ imago dici pōt. Circa hanc autem partem duo facit: q2 pmo premittit qđ intendit. Scđo exequit̃ de intento ibi. (Hoc quidē eni.) Dicit ergo: ꝙ ſcema. i. ornatus ille: qui dicit̃ cōſonantia locutionis rhetorice eſt: ꝙ oratio non ſit metrica: ⁊ non ſit ſine rithmo. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Hoc quidem enim non perſuaſiuum. Fictū enim eſſe videtur.**

¶ Manifeſtat qđ dixerat. ⁊ duo facit ſm ꝙ duo dixerat atqꝫ manifeſtat. Primo eniꝫ oſtendit: ꝙ oratio rhetorica non debꝫ eſſe metrica. Scđo ꝙ debꝫ eē penitus ſup rithmo. Scđa ibi. (Oꝫ aūt ſine rithmo.) Circa primū tria facit: ſm ꝙ tres rationes adducit ad propoſitum. Scđa ibi. (Simulqꝫ ⁊ diſtrahit.) Tertia ibi. (Sic igit̃ ꝓconibꝰ.) ¶ Prima ratio talis. Illud qđ eſt fictū nō eſt perſuaſiuū ſed huiꝰ. i. eloquiū metricū videtur eſſe fictū ⁊ cōpoſitū: non g̊ eſt perſuaſiuū ⁊ rhetoricum. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Simulqꝫ ⁊ diſtrahit. Attendere enim facit ad ſententiam quando iterum veniet.**

¶ Ponit ſecundā rationē: q2 huius eloquiū metricū maxime ſi ſunt verſus leonini diſtrahit mentem hoīs a ſnīa verborū: ⁊ facit eam intendere ad voces: eſt enī intēta: qn̄ iterū venit ſimile. i. qn̄ veniet cōcordātia: ſꝫ ꝑſuaſio nō fit rōne verborū: ſed rōne ſnīe. igitur talis ſermo non eſt perſuaſiuus. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Sicut igitur preconibus preaccipiunt pueri quē eligit ꝓcuratorē: quia abſoluit̃ Cleon.**

¶ Ponit tertiā rōnē ad idem: que eſt per ſimile: q2 ſicut preconibus qn̄ precones annunciāt: quem populus elegit in procuratorem: quia abſoluitur Cleon: tunc ſi tale preconium dicat̃ metrice: ⁊ per cōſonantiā pueri preaccipiunt illam conſonantiā: ⁊ clamāt ꝙ impedit̃ vox preconis ⁊ diſtrahit̃ vox audientiū. Forte ſic erat ꝯſuetū apud grecos ꝙ cū vox preconis finiebat̃ in. o. oēs pueri ꝓpter cōſonātiam preaccipiebant illud: ⁊ clamābāt. o. ⁊ nō ꝑmittebāt mentes aſtantiū eſſe ītentas dictis preconuꝫ. Sic ſupple: q2 conſonātia non permittit mentē eſſe īntentā ad ſnīam dictoꝝ. ideo eſt imperſuaſiua. ¶ Deinde cū dicit.

**¶ Quod autem ſine rithmo īterminatū. oportet autem eſſe quidem terminatuꝫ non metro aūt. Indelectabile eni ⁊ ſcibile qđ indefinitū.**

¶ Probat ſcđam partē: ⁊ duo facit: q2 primo oſtendit orationem rhetoricā non debere carere omni rithmo. Scđo diſtinguit ſpēs rithmoꝝ: vt oſtendat: de quo rithmo intēdat rhetor. Scđa ibi. (Bene rithmatarū.) Circa primū duo facit: quia primo premittit qđ intendit: ⁊ aſſignat cāꝫ dicti. Scđo dicit: ꝙ diuerſimode vtitur rithmus poetica ideſt rhetorica. Scđa ibi. (Terminant̃ aūt numero.) Dicit ergo: ꝙ oratio rhetorica nō debꝫ eſſe ſine metro: ⁊ ſine omni ꝯſonantia: q2 tūc eſſet quid indeterminatū. opꝫ aūt eloquiū rhetoricū eſſe quid determinatū. Sꝫ non opꝫ ꝙ vtat̃ ⁊ exequiſito ⁊ eleganti metro: q2 tunc eſſet quid poeticū: terminatū enī eſſe dꝫ: q2 ſi eſſet indefinitū: eſſet indelectabile: ⁊ nō ſcibile. ¶ Notanduꝫ aūt ꝙ rithmus: ſiue cōſonantia: qua vtitur rhetorica cōmuni noīe appellatur curſus: opꝫ enī aliquē curſuꝫ aliquā armoniā hr̃e ſermonē rhetoricū: ſed non ſicut ſermo poeticus. ¶ Deīde cū dic.

¶ In parte iſta ponit exempla de eo: qđ eſt pręoculis. Pręoculis eni dicitur illud quod manifeſtum eſt. Et q꞉ pręſentia ſunt nobis magis manifeſta q̄z pręterita ⁊ futura. ideo ſi debet eſſe metaphora pręoculis: debet ſumi a p̄ſentibus: imo ipſum nomen hoc inſinuat: quia tunc diciẗ aliquid pręoculis eē: qđ pręſentialiter exiſtit. Exempla ergo: quę ponentur ſufficit: ꝙ ſint pręoculis quantum ad tēpus harꝫ: ⁊ ꝙ fuit ſumpta ab his: q̄ contingebant circa tēpora illa. Quatuor aūt facit in ponēdo talia exempla ſm ꝙ ſunt quatuor genera metaphorarꝫ. Quęlibet enim metaphora pōt eē p̄ oculis: ſi ſumat originē ab his: q̄ ſunt in p̄ſenti. Primo g̊ ponit exēplū de his: q̄ ſunt pręoculis q̄tū ad pu̇erbia. Scđo q̄tū ad ſyll'ationes. Tertio q̄tū ad trāſumptiōes. Quarto q̄tū ad aſteya. 2ᵃ ibi.(Et vt Ipſicrates.) 3ᵃ ibi.(Et Chacholeon.) 4ᵃ ibi.(Et q꞉ intellectuz.) ¶ Circa primum quatuor facit ſm ꝙ quatuor exempla ponit. Secūda ibi.(Et hoc modo.) Tertia ibi.(Et Ipſicrates.) Quarta ibi.(Et velut in epitaphio.) Dicit ꝙ hoc dictum.ſ. vocare Eladem.i.mulierem eſt metaphora: ⁊ ē pręoculis. Forte tunc temporis erat prouerbium: ꝙ quilibet deberet vocare mulierem: ne eſſet vagabūda per plateam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hoc modo quomodo metaphora ⁊ pre oculis: ⁊ ſicut Chefiſidotus vereri p̄cepit: ne multas faciāt concurſales conuocationes.

¶ Ponit ſecundum exemplum: ꝙ iſto etiaz modo eſt metaphora ⁊ pręoculis: ſicut dixit Chefiſidotus pręcipiens etiā vereri ⁊ timere: ne faceret multas conuocationes concurſales

curſales

curſales. Forte tūc temporis quando domini videbant ciues facere conuenticulas: ꝛ concurrere ad conuocationes: ꝛ nō timebāt: quia timebant ne machinarentur in malū: ꝛ nomē voluerūt ꝑ puerbiū hꝫ eē timēdū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et Ipſicrates ad currētes in ſolēnitatibus.

¶ Ponit tertiū exēplū: ꝙ ſi Ipſicrates ad cōcurrentes in ſolēnitatibus: ſupple iraſcebat̄ ꝛ maledicebat. Forte erat puerbiū tūc tpis: ꝙ maledicendus erat is: qui nimiū diligebat feſta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et velut epitaphiū: q2 dignū erat ſepulchro eorū: qui in Salamine mortui fuerunt: decapillari Eladem: quaſi cum ſepulta virtute ipſorum liberantes. Siquidem enim dixit: qa dignum plorare cū ſepulta virtute: metaphora ē pre oculis. Hoc autē virtute libertatis oppoſitionem habet quandam.

¶ Ponit quartū exēplū: ꝛ iſtud eſt puerbiū: q2 in quodam epitaphio .i. in quadā ſupraſcriptione ſcriptū erat dignū ꝛ ꝯgruū eē: ꝙ Eladē .i. mulier decapillaret ſe ſuꝑ ſepulchro eoꝝ: q fuerant mortui in Salamine: ac ſi mulier eſſet tūc ſepulta ſimul cū virtute ipſoꝝ viroꝝ: ꝛ ꝑꝑ hoc mulieres eſſent liberātes viros. In multis .n. partibus mulieres ſuꝑ mortuos ſe depillant: ꝛ tantū dolorē oſtendunt: ꝙ vīr velle ſepeliri ſimul cū viris: q2 faciēdo oñdūt: ꝙ qcqd poſſent facerent: vt viros ſuos liberarent. Dictū .n. puerbiū tria cōtinet: metaphorā p̄ȩ oculis: ꝛ oppoſitionem: eo .n. ꝙ dixit dignū eſſe mulierē plorare cū ſepulta virtute. eſt .n. ibi metaphora: ꝛ p̄ȩ oculis. Metaphora .n. locutio ē: ꝙ mulier dicat̄ ſepulta rōe doloris ꝯcepti. gaudens .n. vr̄ in alto poſitus: dolēs in imo. iō q2 multū dolet quaſi reputat̄ ſepultus. Eſt ēt p̄ȩ oculis dicta metaphora: q2 tunc tpis: ꝛ adhuc in aliqbus ꝑtibus fit: ꝙ mulieres oñdūt excellētiā doloris ſui ſuꝑ mortuo. Eo vero ꝙ addit̄ v̄tute libertatis ꝯtinet q̄ndā oppoſitionē: eſt enim oppoſitum in obiecto: ꝙ mortuus liberetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et Ipſicrates dixit. Via mihi ſermonū per medium eorum: que a Charete acta ſūt: metaphorā ſm analogiam pre oculis facit.

¶ Ponit exēpla de metaphora: q̄ dr̄ aſſimilatio. Et duo facit ſm ꝙ duo exēpla ponit. Scd̄a ibi. (Et dicere.) ¶ Dic̄ q̄ꝙ Ipſicrates dicebat: ꝙ ei erat facta via ꝑ mediū ſmonē eoꝝ: ꝛ ita erāt acta .i. facta: ꝙ a charete .i. a gretia apd̄ latinos. Iſta aūt metaphora ē ſꝫ analogiā. Quȩdā .n. analogia eſt: qn̄ hō intelligt v̄ba ꝛ nō inuenit repugnationē i ſermonib⁹: ꝑꝑ qd̄ ȩloquiū planū metaphoricȩ ſm metaphorā: q̄ dr̄ analogia: ꝛ aſſimilatio dr̄ via. Qd̄ v̄o addit̄ ibi per mediū: fac̄ metaphorā eē ꝑ ocul': ꝛ māifeſtū. ¶ Deide ꝛc̄.

¶ Et dicere aduocare pericula periculis adiutrix pre oculis metaphora.

¶ Ponit 2m exēplū. Eſt .n. metaphora ꝛ p̄ȩ oculis: q2 ꝑicula aduocant̄ ꝑiculis: ſicut vno incōuenīeti dato multa ſequunt̄. ſic .n. ex vno ꝑiculo ꝓuocant̄ multa ꝑicula: ſicut ex vno bono ꝓuocant̄ multa bona. Eſt .n. in hꝫ q̄dā metaphora: ꝛ q̄dā aſſimilatio: ſiue q̄dā analogia. ¶ Deinde cū dic̄.

¶ Et Chacholeō pro Habris: neqꝫ miniſteriū erubeſcentes ipſius ꝑ imaginē ereā: metaphora enim que preſenti: ſed non ſemper: ſed pre oculis: periclitātibus enim ipſis famulat̄ imago. Inanimatum itaqꝫ animatum.

¶ Determinat de metaphoris: quȩ accipiuntur ſꝫ trāſumptiones. Et tria facit ſm ꝙ tria exempla ponit: q2 trāſumptio poteſt fieri tripliciter propter imutationem: caſualitatem ꝛ excellentiā. Secunda ibi. (Et memoratio.) Tertia ibi. (Et ſm cōmunem moduꝫ.) ¶ Dicit ergo ꝙ Chacholeon dicebat pro Habris .i. pro illis gētibus: ꝙ non erubeſcebant miniſterium ipſius repreſentatiōis: quȩ fiebat per imaginem ȩreaꝫ. Forte tūc temporis erat imago ȩnea quȩ deſcripta erat in confuſionem periclitantium ꝛ fugiētiuꝫ de bello. Ideo addit: ꝙ iſta metaphora eſt p̄ȩ oculis .i. in p̄ȩſenti non eſt p̄ȩ oculis ſemper: ſed qn̄ p̄ȩſentialiter periclitantur. Dictū eſt enim: ꝙ illa imago famulabatur ipſis periclitantibus: q2 tales repreſentabant. Iſta eniꝫ metaphora eſt ſm tranſumptionem: q2 inanimatū: vt ſtatua ȩrea tranſumebatur ad ſignificandum aiatū: vt ad ſignificandum periclitantes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et memoratio ciuitatis operum.

¶ Ponit ſecundum exemplum: q2 aliqui quādo volūt memorari aliq̄ꝫ ciuitatem: ꝛ laudare eam: memorant̄ ꝛ laudant opera. Iſta enim tranſumptio fit ſm caſualitatem: ſicut primo fiebat ſm imitationeꝫ: ſicut enim imago imitatur id: cuius eſt imago: ſic opera cauſantur ab eo: cuius ſunt. Eſt autem iſta tranſumptio p̄ȩ oculis: cum enim loqui volumus de Alexandro: congrue transferrimus nos ad loquendum de operibus eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſm cōmunē modum paruum ſapere meditantes. Meditari enim ē augere aliquid.

¶ Determinat de tranſumptione penes excellentiam. Cū enim loqui volumus de homine: poſſumus trāſferre nos ꝛ loqui de intellectu: q eſt excellens in ipō. Sed hoc ait: ꝙ per omnem modum illud paruum ſapere ad illud modicum intelligere: qd̄ habemus debemus meditari: ꝛ conſiderare de ipſo. Licet enim noſtrum intelligere ſit aliquid .ſ. modicum: ſic poterimus augere ipſuꝫ meditādo de eo.

¶ Notandum autem: ꝙ homines modicum ſunt intellectuales: multum autem rationales: q2 modica intelligit ſine diſcurſu: multa autem cū diſcurſu: quia principia ſunt modica ſm numerum ꝛ ſm quantitatem: multa autē ſm virtutem: principiata autem ſunt multa ſm numeruꝫ. Et q2 ſolum cognitio principiorum dicitur intellectus. q2 ad principia non eſt ratio: nec ea intelligimus cum diſcurſu. intellectus in nobis dicitur modicus. Unde vbi nos habemus ſapere. alia littera habet intellectuꝫ. Licet tamen iſte intellectus ſit modicus. eſt tamen ſummopere cuſtodiendus: quia in cognitione principiorum clauditur cognitio concluſionum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quia intellectum deus lumen accēdit in anima: ambo enim ſignificant aliquid.

¶ Ponit exempla de aſteycis. Et quatuor facit ſm ꝙ quatuor exēpla ponit. Secunda ibi. (Non .n. diſſoluimus.) Tertia ibi. (Et pacta.) Quarta ibi. (Et quia ciuitates.) ¶ Eſt ergo primuꝫ exemplum: ꝙ aſteyca locutio eſt: ſi dicimus: ꝙ deus accendit in anima lumen intellectiuū verbo eius: tam lumen q̄ꝫ intellectus ſignificant aliquid: qa dicunt aliquid manifeſtatiuum. ꝛ ratione huius ſimilitudinis intellectus dicitur accendi in anima: ſicut accendit̄ lumen quod dictum propter extraneitatem eſt aſteycuꝫ. Non enim proprie competit intellectui qd̄ accendatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nō eniꝫ diſſoluimus bella: ſed differrimus. ambo .n. ſunt futura: ꝛ dilatio: ꝛ talis pax.

¶ Ponit ſcd̄m exēplum: ꝙ dilatio belloꝝ eſt quaſi q̄dam pax. iō ait: ꝙ nō diſſoluimus bella ſi differrimus. Hꝰ tn̄ dilatio aſteycȩ pōt dici pax: q2 ambo tam dilatio q̄ꝫ pax ſūt

futura.i.ſunt ventura:q̄dam.n.extraneitatem cōtinet: ꝙ bellū dilatū.i.futurum dicaẜ pax: q̄ꝛ dilatio belli ordinat ad futuram pacem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et pacta condicere tropheū eſſe multo pulchrius q̄ ea: que in bellis fiunt. hoc quidē.n. pro modicis ꝛ vna fortuna. hoc autem pro toto bello. ambo enim victorie ſigna.

¶ Ponit tertiū exēplum: q̄ꝛ pacta ſunt condicenda: ꝛ componēda multa. Multo.n. pulchrius eſt habere tropheū ꝑ pacta q̄ per bella: q̄ꝛ victoria ꝑ pacta nō eſt magnū ꝑiculū: ideo ait: ꝙ ꝓ modicis.i. pro modico periculo ſupra eſt ibi victoria. Sed victoria ꝑ bella eſt: fortuna ꝑ tota bella vbi eſt magnū ꝑiculū. Addit aūt: quare pōt fieri talis metaphora: q̄ꝛ.ſ. ambo.ſ. tam pactū q̄ bellū pn̄t eſſe ſigna victorię. Poſſet āt q̄ vellet hęc tria exēpla adaptare ad metaphoram ſm analogiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quia ꝛ ciuitates vituperio hominum multas vindictas dant. Uindicta enim nocumētū quoddam iuſtum eſt.

¶ Ponit quartum exemplū: ꝙ ciuitates dant multas vindictas cū vituperio hoīum: cum.n. q̄s forefacit: fit vīdicta ꝛ iuſtitia de eo cū vituperio eius: q̄ꝛ vindicta eſt quoddā nocumētū iuſtū. Aſteycū.n. ęloquium eſt: ꝙ aliquod dicatur iuſtū nocumentū: q̄ꝛ cū iuſtum ſit bonū: nocumentū vero malum: extraneum quid eſt dicere nocumentum iuſtū: cū extraneū ſit dicere: ꝙ bonū ſit malū. ¶ Deīn.c.d.

¶ Que quidem igitur aſteyca ex metaphora ꝓportionali dicantur: ꝛ ex eo q̄ð eſt pre oculis facere dictum eſt.

¶ Epilogat. Ad cuius euidētiā notandū: ꝙ lꝫ oē dcm̄ extraneū poſſet dici aſteycū: potiſſime tn̄ eſt dcm̄ aſteycū: ſi cōtineat metaphorā pręoculis: ꝛ maxime ſi illa metaphora ſit ſm analogiam. Et q̄ꝛ exēplificatū eſt de metaphora ſꝫ analogiam: ꝛ de eo: q̄ð eſt eſſe pręoculis: exēplificatū eſt de ęloquio aſteyco. imo iſte epilogus pōt eē ꝯcluſio oīum ꝑdictoꝝ. Ideo ait dcm̄ eē aſteyca ęloquia ꝯſtare ex metaphora ꝓportionali: ꝛ ex eo: quod eſt facere eſſe pręoculis. Cuiꝫ.n. aſteyca elocutio ſit diſciplinatiua: q̄ꝛ ꝓportionalia: ꝛ ea quę ſunt pręoculis ſunt talia: iō aſteycū dr̄ ꝯſtare ex proportionali: ꝛ ex eo: quod eſt pręoculis.

Dicendum autē quid dicamus pre oculis: ꝛ quid facientibus hoc.

¶ Poſtq̄ phs poſuit exempla de metaphoris: ꝛ de pręoculis: ex quibus cōſtat locutio aſteyca. hic in parte iſta determinat de vtriſq̄. Et duo facit: q̄ꝛ primo determinat de eo: q̄ð eſt eē pręoculis. Scd̄o de eo: q̄ð eſt eſſe aſteycū ꝛ metaphoricū ibi. (Sūt aūt ꝛ q̄ aſteyca.) ¶ Circa p̄m duo facit: q̄ꝛ primo ꝯtinuat ſe ad dicēda. Scd̄o exeq̄tur d̄ intento ibi. (Dico itaq̄.) Cōtinueẜ ſic: q̄ꝛ poſuimus multa exēpla de eo: q̄ð eſt eē pręoculis: ideo dicendum eſt q̄d dicamus eſſe pręoculis. ꝛ q̄d facientibus fit hoc.i. fit metaphora pręoculis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Dico itaq̄ pre oculis hoc facere q̄cūq̄ operantia ſignāt: vtputa: bonum virum diceret eſſe tetragonum metaphora: ambo enim perfecta: ſed non ſignificat operationē. Sed hūc floridum habentem ſtatum operatio.

¶ Exeq̄tur de intento. Et duo facit: q̄ꝛ p̄io dicit quid eſt eē pręoculis: q̄ꝛ illa faciunt hęc: ꝙ metaphorę ſint pręoculis q̄cūq̄ ſunt ſignificatiua opationē aliq̄. Scd̄o q̄ð dixerat manifeſtat ꝑ exēpla ibi. (Utputa bonū.) ¶ Circa quod duo facit: q̄ꝛ p̄° adducit multa exēpla ad ꝓpoſitum. Scd̄o oñdit q̄lr̄ debeat fieri talis trāſumptio ibi. (Oꝫ aūt tranſferre.) ¶ Circa p̄m tria facit: q̄ꝛ p̄° ponit exēpla de rebꝰ aiatis. Scd̄o ſpālr̄ exēplificat ī his: ī q̄bꝰ inaīata repn̄tēt aiata. Tertio docet adaptare talia ad metaphorā ſm analogiā. Scd̄a ibi. (Et vſus vt ē.) Tertia ibi. (Eſt āt.) ¶ Circa p̄mū tria facit ſm ꝙ tria exēpla ponit. Scd̄a ibi. (Et h̄ re.) Tertia ibi. (Et h̄ libertatē.) ¶ Dicit ḡ: ꝙ metaphora eſt pręoculis: ſi ſignificat opationē: iō q̄ bonū viꝝ diceret eē tetragonū: metaphora eēt. q̄ꝛ bonꝰ vir tetragono aſſimulatur: vt pꝫ ex p̊ ethi. Uterq̄.n. ſignificat q̄d ꝑfectū: ſed talis metaphora nō eēt pręoculis: q̄ꝛ nō ſignat opōnem: ꝛ opōnes ſunt illę: quę occulta fide ꝯſpicimus: ꝛ ꝑ q̄s innoteſcūt habitus. Sed dicere de aliquo: ꝙ hr̄et florētē ſtatū. quia opatio ſignificareẜ ꝑ tale dictū: eſſet hic metaphora pręoculis: q̄ꝛ non hꝫ aliquis ſtatum floridum: niſi qui agit opera q̄ videntur oībus florida ꝛ clara. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hec te aūt velut relinquēdū operationes.

¶ Ponit 2m exēplū: ꝙ hęc ēt eſſet metaphora pręoculis ſi metaphorice ꝑſuaderemꝰ alicui: ꝙ aliq̄ relinqueret: ꝛ alia ageret: in talibus.n. opōnes ſignaremus. ¶ Deinde cū.

¶ Et hec: libertatem autē greci accerſentes pedibus. hec accerſiua opatio cito.n. dicit.

¶ Ponit tertiū exēplū: ꝙ eſt metaphora pręoculis: ſi q̄s diceret: ꝙ gręci ſunt accerſentes libertatē pedibus: accerſiui.n. opationē denotat: ille.n. ꝓprie accerſiẜ libertatē pedibus: q̄ ſuis opibꝰ magnā libertatē ſortiẜ. Tale ḡ dcm̄ ē operatio: q̄ꝛ eſt pręoculis. ꝛ ē metaphora: q̄ꝛ cito dr̄. metaphorę.n. cito dicūt: q̄ꝛ in paucis multa ꝯprehēdūt. ¶ Deide.

¶ Et vt vſus eſt in multis Homerus: inanimata animata facere complacet.

¶ Exēplificat de metaphoris pręoculis: in q̄bꝰ inaīata aiata ſignificāt. Et tria facit: q̄ꝛ p̄° ꝯtinuat ſe ad dicēda. Scd̄o adducit multa exēpla. Tertio oñdit oīa illa exēpla facere ad ꝓpoſitū. Scd̄a ibi. (Utputa ī his.) Tertia ibi. (In oībus.n. his.) ¶ Dicit ḡ: ꝙ pn̄t fieri metaphorę pręoculis: ſicut Homerꝰ vtebaẜ ī multis īducēdo ꝑ metaphorā rē inaiatā tanq̄ aiatā. Rō aūt q̄re tales metaphorę pręoculis placēt: eſt q̄ꝛ facere opationē.i. inducere aliquid tanq̄ operans in omnibus placet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Utputa in his. Rurſum ſuper terram volutabatur lapis per metaphoram. In omnibus autem operationem facere complacet: vtputa in his. Rurſum ſuper terram volutabatur lapis inuerecundus: ꝛ volabat ſagitta: ꝛ volare deſiderans: ꝛ inſtabant deſiderātes corone ſaciari: ꝛ acumē lācee vigore ꝑtrāſibat volēs.

¶ Adducit multa exēpla ad ꝓpoſitū dicēs: ꝙ metaphorę d̄ inaīatis ſūt: ſi q̄s diceret: ꝙ verecundꝰ volutaẜ ſup terrā q̄ſi lapis: ꝛ q̄ſi ſagitta volat: ꝛ volare d̄ſiderat. ꝛ ꝙ corone ſtabāt in terra d̄ſiderātes ſaciari: modus ē.n. loq̄ndi q̄ꝛ hirū: q̄ pn̄t ītelligi ꝑ coronā: cū aliq̄s paſſus ē verecundiā in honore eiꝰ ī terra. ꝛ d̄ſiderat ſaciari ꝑ vindictā: ꝛ ſilr̄ ꝑ q̄ſi metaphorā acumē lācea vigore ꝑtrāſire volēs: cū.n. lācea ex magno vigore vi pertranſit: videtur leuiter quaſi voluntarie pertranſire. ¶ Dedine cum dicit.

¶ In omnibus enim his: quia animata ſūt operantia videntur: inuerecundari enim ꝛ velle ꝛ alia operatio.

¶ Oſtendit

¶ Oſtēdit pręd icta exempla eſſe ad ꝓpoſitū. Et tria facit: qꝛ p̄mo facit qđ dictū eſt. Scđo reducit pręd ictū moduʒ metaphorę ad metaphorā ẜm analogiaʒ. Tertio oſtendit quō tales metaphorę ſunt ſumendę. Scđa ibi. (Hoc aūt adaptauit.) Tertia ibi. (Opʒ aūt trāſfere.) Dicit ergo: ꝙ in oībus his inaīata videnť quaſi aīata: aīata eni ſunt operantia. Cū ergo per verecūdari: ⁊ per velle: ⁊ per alia talia opera quędā importēť: cū inaīatis talia attribuimus: loquimur de inaīatis q̄s de aīatis: ⁊ ecōuerſo. ¶ Deide cū dic.

¶ Homerus aūt adaptauit per eā: que ẜm analogiam: metaphorā. Sicut enim lapis ad ſenſum: ſic qui inuerecundus ad facile verecūdabileʒ: poeſim aūt facit: ⁊ in complacentibꝰ aſſimilationibꝰ de iaīatis: vt ſydera gibboſa ⁊ lucētia. ſecūduʒ autem quideʒ alia: poſt vero alia. Mota enim ⁊ viuentia fingit omnia: operatio autem immutatio.

¶ Reducit hūc modū metaphorę ad metaphorā ẜm analogiā dicēs: ꝙ Homerus: qui hoc mō metaphorę vtebať: adaptauit hunc modū metaphoricū ad metaphoraʒ ẜm analogiā. Utputa ī hoc exemplo: ꝙ ſicut ſe lapis habʒ ad ſenſum: ita inuerecundus ſe habʒ ad facile verecūdabile. Inuerecūdus eniʒ eſt quaſi lapis: qꝛ de nullo curat: ⁊ nihil ſentit. Ecōtrario aūt verecūdus eſt quaſi totus ſenſus: qꝛ de facili illata perſentit. eſt ergo poeſis quędaʒ in talibus locutionibus. Addit aūt ẜm exemplū dicens: ꝙ de aīatis ſiue de iaīatis: vt habʒ alia littera: iſtę ſunt complacentes ad ſimilationes: vt ſi quis dicat: ſydera eſſe giboſa: ⁊ rotūda eſſe flamātia. i. lucentia: vt hʒ alia littera: ⁊ eſſe īcēdētia alia: ẜm accidētalia nō poſt. In hoc eni exēplo ſydera inducunť: ac ſi eſſent aīalia ⁊ viuentia: motus eni eſt opus vitę. Ideo ſubdit: ꝙ mutatio eſt quędā operatio: ⁊ dicēdo ſydera eſſe ſic mota dicimꝰ ea oīa eē q̄ſi viuētia. Fuit aūt de intentione Ariſtotelis: ꝙ corpora cęleſtia eēnt aīata: ſʒ non ꝙ fieret vnū ex corporibus cęleſtibus ⁊ aīabus eorū quantū ad eſſe: ſed ſolū quantū ad opationē. Nō ergo ſūt aīata illa corpora ſicut aīalia: vel ſicut plāte: ꝓpter quod non aīata dici pñt. Utraqʒ eni littera ſaluari pōt: ſiue habeať in littera mētio de aīatis: ſiue de iaīatis. Uel dicere poſſumus: ꝙ ẜm eſſe ſydera ſunt inaniata. In pręd icta tñ metaphora introducunť ac ſi eſſent aniata: ideo ⁊ aīata ⁊ metaphorę quantuʒ ad operationē. ⁊ inanimata ẜm eſſe dici poſſunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet autem transferre: quemadmoduʒ dictum eſt a conuenientibus ⁊ manifeſtis velut in phīa. Similitudineʒ etiā in multū diſtātibus cōſiderare bene coniecturatis.

¶ Oſtendit qualiter pręd icte metaphore ſunt ſumendę: ⁊ duo facit: qꝛ p̄mo facit quod dictū eſt: ſcđo adducit plura exempla ad propoſitū. ibi. (Sicut Arcbitas.) Dicit ergo: ꝙ ſicut ſuperius tangebať: opʒ huiꝰ metaphoras trāſferre a conuenientibus ⁊ manifeſtis. Nam ſicut in phīa dicitur eſſe bene cōiecturans: qui ſimilitudineʒ ſcit ꝯſiderare in multū diſtantibus: ſic in ciuilibus: eſt bene metaphorizans: qui ſcit inuenire ſiītudines in his: quę multum diſtant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sicut Arcbitas dixit: idē eſſe arbitrū ⁊ altare: ad ambo eni qđ iuſtuʒ patitur refugit. Aut ſiquis dicat anchorā ⁊ ſuſpenſoriū idem eſſe: ambo eni ad ideʒ aliquid: ſed differūt per deſuper: ⁊ de ſubtus. Et ꝓ hoc iequales fieri ciuitates in multum diſtantibus. nam in ſuperficie: ⁊ potentis ⁊ impotentis equale.

¶ Adducit plura exempla ad propoſitū: quoꝝ p̄mū eſt tale: ꝙ Arcbitas dixit idem eſſe arbitrū: ⁊ altare. i. idē quodam mō eſſe regē per cuius arbitriū regiť ciuitas: ⁊ deuʒ qui in altari colitur. Pro tāto eni ſunt idem: ꝙ eodē ⁊ pari modo patientes iniuſtum refugiūt ad ambo. i. ad altare ⁊ arbitrum. Nam iniuriā paſſi cōquerūtur: ideo ait ⁊c. Scđm exemplum eſt: ſiquis dicat idem eſſe anchoram cū qua retineť nauis: ⁊ ſuſpenſoriū: cuʒ quo retinenť alia vaſa. Ambo enim tā anulus ſuſpenſorius q̄ȝ anchora idē aliquid faciunt: quia retinent ea: quorū ſunt. Sʒ differūt: quia anchora retinet naueʒ de ſubtus: anulus vero ſuſpēſorius retinet de ſupra. Tertiū exēpluʒ eſt: vt ſiquis dicat ciuitates eſſe inequales in multū diſtantibus. Nā ẜm rei veritatē ciuitas potēs multū iniuriať ciuitati impotēti. ſi nō vni domino ſubſint. Ideo tales quantū ad ęqualitatē. ⁊ iuſticiā multū diſtant ẜm rei veritatem: cum ẜm ſuperficieʒ ciuitatis potētis ⁊ ipotētis eſt quędā ęqualitas. Potentes eni debilibus ẜm ſuperficiem: ⁊ ẜm quandam apparentiam iuſticiam ſeruant.

Sunt autem: ⁊ que aſteya plurima per metaphoram: ⁊ hoc ex eo: qđ eſt ad ipſuʒ: decipi. Magis enim fit palā: qꝛ didicit penes idem: qđ eſt ecōtrario ſe hr̄e: ⁊ videre dicere anima tanq̄ȝ vere: ego autem peccabam.

¶ Poſtq̄ȝ oſtendit phs per exempla: quō habent fieri metaphorę: ⁊ docuit quō fieri habʒ: ꝙ metaphora ſit pręoculis: qꝛ per ea: quę dicta ſunt: non ſufficienter tradita ē ars de modis metaphorarū: ideo hic in parte iſta: vt ſuppleat quod diuiſum eſt: determinat de aſteys: ⁊ de alys modis metaphoricis. ¶ Ad cuius intelligentiā notāduʒ: ꝙ ſicut dictū eſt ſupra: modi metaphorarū ſunt quattuor. vʒ. trāſumptiuū: aſſimilatiuū: prouerbiale: ⁊ aſteycū. Hi autem quattuor modi ſic ſe hñt adinuicē: ꝙ tranſumptionē ſimpliceʒ metaphoraꝝ noīant: ceteri vero modi ſupra metaphorā aliquid addunt. Si eni ẜm quandā trāſumptionē Achilē noīemus leonē: ſimplicē metaphorā facimꝰ. ideo nō īmerito tranſumptio nō diuidiť ex oppoſito circa metaphorā: quia nihil ſupra metaphorā addit. Aſſimilatiuū vero ꝓuerbiale: ⁊ aſteycū cōtra metaphorā diuidi pñt: qꝛ ſupra locutionē metaphoricā aliquid addit. Ideo phs circa p̄ncipiū huius tertij dixit: ꝙ aſſimilatio erat metaphora: tamē modicū. i. aliquo modo differt aſſimilatio a metaphora. Iſta eni differētia eſt: qꝛ aſſimilatio addit aliq̄d ſupra metaphorā. addit enim analogiā quandā. Si enim iuuenes appellaremus vernos: faceremus metaphoram: ſed ſi ſupra huiꝰ tranſumptionē addimus analogiaʒ: ⁊ proportionē quandaʒ: ⁊ dicimus: ꝙ ſicut ſe habet ver ad annū: ita iuuētus ad ciuitatē: aſſimilatio dici pōt. Et ſicut aſſimilatio addit ſupra metaphorā: ſiue ſupra trāſumptionē ꝓportionē quādā ⁊ analogiā: ſic ⁊ ꝓuerbiū addit aliq̄d ſupra ipſam tranſumptionē: addit eni cōem vſuʒ. Naʒ ꝓuerbia: vt plurimū ſumūt originē ex aliquo notabili dicto: vel facto: ⁊ ex eo trāſumūť ad alia. Ut qꝛ forte aliqua vetula requirēs virū: voluit in ſuis nuptys cātilenas: ſumptuʒ eſt inde prouerbiū. Nō ſufficit vetulę: ꝙ nuptys traditur: ſed requirit in ſuis nuptys cātilenas: ꝓpter qđ quotienſcunqʒ aliquis aliquid vltra id: qđ ei deceat: petit: dici poteſt cōtra eū metaphoricę prouerbiū pręd ictū. In oī g̃ ꝓuerbio quędā tranſumptio hʒ eſſe. verū quia nō eſt proprie ꝓuerbiū: niſi eo hoīes cōiter vtātur: prouerbiū ſupra

tranſumptionẽ addit cõem vſum. Aſteyũ vero ſupra trã ſũptionẽ addit diſciplinatiuũ. Tunc eſt enĩ locutio aſteyca quãdo per eã cõtingit de facili aliquid adiſci: ideo ſi ſit pręoculis: vel ſi ſit bene enigmatiçata: vel quocunqꝫ alio modo ſit bene diſciplinatiua: aſteyca dici põt. Poſſumus ergo pręſentẽ partẽ: vbi phs determinãdo de ſpecieb⁹ metaphorę ſupplet: ſi quid de ea ſuperius omiſerat: diuidere in partes duas dicẽs: qꝛ pͥmo determinat de modo metaphorico: qui dicit̃ aſteycus. Scđo d̃terminat de alijs modis metaphoricis. Scđa ibi. (Sunt aũt aſſimilationes.) Circa pͥmũ tria facit: quia aſteycũ põt fieri dicto ꝛ ſcripto nam licet quicq̃d dicit̃ ſcribi poſſet: ꝛ quicquid ſcribit̃: dici tñ aliquę deceptiones magis fiunt ſcribẽdo q̃ꝫ dicẽdo: aliquę ecõtra: ſic aſteya aliqua magis fiunt dicto: aliq̃ magis ſcripto. Uel dicere poſſumus: ꝙ in locutione duo ſunt conſideranda. ſ. litterę quę dictiones conſtituunt: ꝛ ſenſus qui ex dicto reſultat. Primo ergo phs ponit ęloquia aſteyca ſumentia originẽ ex ipſa ſentẽtia: ſiue ex ipſo ſenſu: qui ex dicto capit̃. Scđo determinat de aſteycis ſumentibus originẽ ex ipſis litteris ꝛ ſyllabis dictionẽ cõſtituentibus. Et tertio oſtẽdit ꝙ aſteyca magis placẽt. Scđa ibi. (Sed ſicut.) Tertia ibi. (Opꝫ aũt ambo.) Propter pͥmũ notandum: ꝙ cũ aſteycũ addat ſupra metaphorã diſciplinatiuũ tot modis fit locutio aſteyca: quot modis cõtingit eſſe diſciplina: qđ quattuor modis quantũ ad pręſens eſſe cõtingit. Primo ſi ſit oppoſitionalis. Nã cũ aliquis videt̃ habere ecõtrario q̃ꝫ dicat: ſi datur auditori intellectus dicti: ſtatim in corde ſuo fatet̃ ſe aliquid adiſcere. Scđo hoc cõtingit: ſi ſit locutio latens. Tertio ſi ſit bene ęnigmatiçata: ꝛ quarto ſi ſit noua: ꝛ quaſi inopinata. ideo quattuor facit: quia primo determinat de aſteyco: qđ idẽ eſt qđ oppoſitionale. Secũdo d̃terminat de aſteyco latitatiuo. Tertio de enigmatiçato. Quarto de inopinato. Scđa ibi. (Et ęlogorũ autẽ.) Tertia ibi. (Et q̃ bene ęnigmatiçata.) Quarta ibi. (Et qđ dic̃ Theodorus.) Dicit ergo: ꝙ plurima aſteyca ſunt per metaphorã deceptiuã. Ex eo ꝙ eſt ad ipſuꝫ decipi. i. plurima aſteyca ſunt per metaphorã oppoſitionalẽ. Quantũ ad primũ ergo aſteycoꝝ. Talia enĩ ęloquia ſunt maxime aſteyca: qꝛ in talibus magis fit palam qđ didicit. Nam in talibus quę ſunt penes idẽ: qđ videt̃ ꝯtrario mõ ſe habere: aĩa audiens videbit̃ dicere: ego didici ꝛ peccabam: qꝛ non intelligebã illud dictũ: vt debebã. ℂ Dei. ꝛc̃.

ℂ Eloquioꝝ autẽ aſteyca ſunt ex non dicere quod ait. vtputa id Strepſicori: ꝙ Cicade ſibi ipſis de ſubtus cantabant.

ℂ Determĩat de aſteyco qđ ẽ latitatiuũ. Tale enĩ aſteycũ fit qñ quis nõ dicit qđ ait. i. quis ita latente loquit̃ ꝙ non vr̃ dicere qđ dicit: ſic̃ illud dictuꝫ Stepſicori. Stepſicor⁹ enim cum volebat perſuadere principibus: ne aliquid nephandũ facerent: dicebat ꝙ nõ facerent illud qđ Cycadę cantabant ipſis deſubtus. i. ĩferiores: ꝛ populares murmurabunt. ſi hoc fiet. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et que bene enigmatiꝫata propter idem delectabilia. Diſcipliatia ãt. n. dñr metaphorica.

ℂ Ponit tertiũ moduꝫ: ꝙ aſteyca locutio dici põt: ſi metaphora ſit bene ęnigmatiçata. ideſt ſi ſit pulchris ſimilitudinib⁹ ornata. Talia enĩ ſunt delectabilia ꝑꝑ idem: ꝛ eniꝫ metaphora. i. metaphorica eloquia dicunt̃ diſciplinatiua. ideſt quid diſciplinatiuũ. vnde alia littera habꝫ. declinatiua enĩ dicit̃ metaphora. Si igit̃ locutio ſit bene ęnigmatiçata: ꝛ metaphoriçata aſteyca dici põt: qꝛ ẽ doctrinatiua ꝛ diſciplinatiua. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et qđ dicit Theodorus noua dicere: fit aũt



cum inopinatũ fuerit: ꝛ vt ille dicit: ad eaꝫ que anterius opinionem.

ℂ Ponit quartũ modũ aſteycũ: dictũ eniꝫ Theodori erat quia ipſe ſemper videbatur dicere noua: ꝛ dicere aliquid inopinatũ. Ideo ille Theodorus ſemper dicebat auditores ad eã opionẽ: quę erat alterius. i. ad opionẽ antiquã: q̃ ꝑpter mãſuetudinẽ videbat̃ noua. Uidet̃ enĩ noua aſteyca eſſe ꝛ diſciplinatiua: quia talia cum magna accenſione audimus. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Sed ſicut qui in ridiculoſis: que ſequuntur ficta: q̃ quidem valent: ꝛ que penes ſcripturam irriſiones.

ℂ Determinat de aſteycis: quę fiunt penes ſcripturã: ꝛ ſꝫ litteras. Et duo facit: qꝛ primo oſtẽdit duplex eẽ aſteycũ. Scđo exẽplificat de vnoquoqꝫ membro. ibi. (Decipiunt enĩ.) Dicit ergo: ꝙ ſicut in ridiculoſis. i. in factis puerilib⁹ contingit eſſe deceptio dupl'r. Uno modo ſecus ficta. i. ꝑpter ipſam fictionem. Contingit enĩ aliq̃d dictũ ita pulchre fictum eſſe ꝛ compoſitũ: ꝙ aliquis decipit̃ circa illud. Alio modo cõtingit irriſiones. i. deceptiones penes ſcripturaꝫ vt cũ litterę ſic cõpoſitę ſunt: ꝙ non diſcernit̃ clare q̃d dicat̃. Et ſimili mõ ſupple aſteyca fiũt dupl'r. ſ. ꝑpter fictionẽ: vt qꝛ pulchro modo compoſita ſunt: ꝛ etiam ꝑpter ſcripturam. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Decipiunt enim ꝛ in metris: non enim ſicut qui audit ſuſpicabatur. Stetit autem hñs ſub pedibus vlcera. hoc aũt putabat oportũa dicere. hoc autẽ dico ſimul oportet palam eſſe.

ℂ Exẽplificat de vtroqꝫ modo: ꝛ duo facit ſᷣm ꝙ duo ſũt tales modi. Primo enĩ exemplificat de deceptione ficta. Scđo de ſcripta. ibi. (Quę aũt penes.) Dicit ergo: ꝙ aliq̃ decipiunt auditores in metris: qñ per metrũ non dr̃ ſicut ſuſpicabatur. i. ſicut credebat qui audit: vt ſi quis diceret de aliquo ꝙ ſedit. i. ſtetit: ꝛ geuit habens pedes vlceratos ideſt faſtidiatos. Cõſuetudo enĩ erat: ꝙ vlcera ligãtur faſcia: ꝑpter qđ ꝛ ſᷣm quandã fictã locutionẽ pedes faſciati vlcerati dici pñt. Ideo addit ꝙ hoc. ſ. dicẽs: putabat. i. intẽdebat dicere oportuna. i. cum dixit pedes vlceratos intẽdebat dicere faſciatos ꝛ coopertos. Qꝛ ſi ſic dixiſſet: palã eſſet ęloquium eius. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Que aũt penes litterturã faciũt dicer̃: nõ qđ dicit: ſed ꝙ trãſumit̃ nomẽ. puta illud Theodori ad Nichonem cytharedum: ſe traxit. i. cõfidit vel decipit ſe: fingit enim dicere traxit. i. ꝙ decipit: ꝛ aliud dicit enim: ꝑpter quod adiſcenti delectabile. Qm̃ ſiue exiſtimat trahẽ illũ eſſe non videbitur aſteiũ eſſe. Et illud vult ipſum per ſe: opꝫ ambo conuenienter dici.

ℂ Determinat de deceptiõe ſcripta. Nã ſicut eſt deceptio ꝑpter ipſum ſignificatũ: ꝛ loquimur de vno ſicut de alio: ſic cũ aliqua quaſi ſimili modo ſcribunt̃: ꝛ pronunciant̃: decipimur circa ea intelligendo vnũ pro alio. Et duo fac: qꝛ pͥmo determinat de aſteyco: qđ fit per coicidentiã litterarũ. Scđo determinat de aſteyco: qđ fit per coincidentiã dictionũ. Scđa ibi. (Sic etiam aũt aſteyca.) Dicit ergo: ꝙ ea quę fiunt circa litteraturã ſᷣm ꝙ ibi ꝑpter coincidentiã litterarũ trãſumit̃ nomẽ. videt̃ talis locutio dicere ad Nichonẽ cytharedũ: cui dicebat ſe traxit. ideſt ꝯfidit: vel decipit ſe. Eſt enĩ quędam coicidentia vocis ꝛ litterarum inter traxit ſe: ꝛ traxiſſe: trahes eniꝫ appellari poſſunt homines

mines

mines deceptores. Cũ ergo dicimus de aliquo ꝙ cõuenit ei traxiſſe: eſt ſenſus: qꝛ decepit te ⁊ aliũ: ſed cum diximus traxit: ſenſus eſt ꝙ ſeipſam decepit: ideo aliqñ̃do aliquis fingit dicere: ꝙ ille traxit. ideſt decepit te: ⁊ tñ aliud dicit: quia dixit decepit ſe: fingit eni ſe dicere traxiſſe: ⁊ dicit traxit ſe. Talia enim ꝓpter adiſcere ſunt delectabilia. omne enim circa qđ contingit decipi: cõtingit ⁊ adiſcere. Addit autẽ: ꝙ ſi audiẽs nõ exiſtimat ipſum illum eſſe trahem. i. deceptorẽ: nõ videbit̃ eſſe aſteycũ. videbit̃ ergo eloquiũ illud dicere: ꝙ ille ſit deceptoꝛ: ⁊ decipiat aliqñ: ⁊ tamen vult illud per ſe. i. vult dicere ꝙ ſeipꝫ decipiat. ¶ Dei. ⁊c.

¶ Sit autem aſteya etiam aſteya. vtputa dicere Athenienſibus: maris arcben: non arcben eſſe maloꝝ: ciuitatis arcbẽ eſſe maloꝝ: vtroqꝫ enim modo: qđ non vtiqꝫ putaret quis dicere. hoc dictum eſt: ⁊ cognitũ eſt: ꝙ verum eſt ab arcben: arcben dicere: eſſe arcben nihil ſapiẽs. Sed non ita dicit: ſed aliter.

¶ Determinat de aſteya: ꝗ̃ hꝫ fieri ex coincidentia dictionum. Et duo facit: qꝛ primo facit qđ dictũ eſt. Scđo oſtẽdit: quę ſunt ꝑ̄ncipalr̃ attendenda in eloquio aſteyco. ibi. (Species quidem igitur.) Circa primũ tria facit: qꝛ primo docet ſumere aſteycũ ⁊ coĩcidentiã vocũ. Scđo oñdit ſꝫ quas coincidẽtias hꝫ fieri aſteycũ. Tertio manifeſtat quotiens in eodeꝫ aſteyco talis coincidentia fieri debeat. Secũda ibi. (In oĩbus aũt his.) Tertia ibi. (Sꝫ cõueniẽt.) Cõtinuet̃ ergo ſic. Dictũ eſt: ꝙ in negocijs puerilibus põt fieri đceptio ⁊ rõne ſignificati: ⁊ rõne vocũ: ſic ãt aſteyca non ſolũ fiunt rõne ſigñati: ſed etiã ex coĩcidẽtia vocuꝫ: ⁊ ex coĩcidentia vocum non ſolũ fit penes litteras: vt oſtenſum eſt: ſed etiam fit penes dictiões: vt pꝫ in illo eloquio qđ fuit dictũ Athenienſibus: ꝙ maris Arcben. i. maris ꝑ̄ncipiũ: ſiue maris ꝑ̄ncipatus. Arcbos enim latine dicit̃ ꝑ̄ncipatus. maris ergo principiũ non eſt maloꝝ principium. ſed ciuitatis principiũ eſt maloꝛũ: hoc aũt eloquiũ dicitur aſteycũ ex coincidentia dictionũ: qꝛ in ipſa voce: ⁊ in ipſis dictionibus videt̃ repugnantia. Nam vno modo dicitur ꝙ ꝑ̄ncipiũ nõ ſic eſt ꝑ̄ncipiũ: ꝙ ꝑ̄ncipiũ maris nõ eſt ꝑ̄ncipiũ maloꝝ. Et alio modo dicit̃: ꝙ ꝑ̄ncipiũ ſit ꝑ̄ncipiũ: vt ꝙ ꝑ̄n^m ciuitatis ſit ꝑ̄ncipiũ maloꝝ; hoc eni dictuꝫ vtroqꝫ modo non putaret vtiqꝫ aliquis: ꝙ diceret̃ non cognoſceret quilibꝫ quid eſt; qđ importatur per ſermonẽ prędictũ. ideo addit: qđ eſt cõgruũ. ideſt manifeſtuꝫ: ⁊ veruꝫ dicere Arcben eſſe arcben: quilibꝫ eniꝫ cognoſcit ꝙ principium eſt ꝑ̄ncipiũ. Sed in tali locutione non apparet aliquis ſapiens: nec eloquiũ ita dicit: ſed alicui. Non ſolum eniꝫ ibi dicitur: ꝙ ꝑ̄ncipiũ ſit ꝑ̄ncipiũ: ſed etiam ꝙ ꝑ̄ncipiũ nõ eſt ꝑ̄ncipiũ. Et rõne huius opĩonis tota locutio cõtrahit quãdam venuſtatem: ⁊ quandã decentiã: propter quod aſteyca dici poteſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In omnibus aũt his ſi cõuenienter nomẽ iſerat equiuocato: aut metaphora: tunc bene velut anaſteycus non anaſteycus equiuocationem enunciauit.

¶ Oſtendit quę coincidentiuꝫ vocum attendendę ſunt in aſteyco. Huius auteꝫ coĩcidentię ſunt duę. vꝫ. metaphora ⁊ equiuocatio. vt in hꝫ exẽplo. anaſteycus: ſiue ĩcontinens: vt hꝫ alia littera: nõ anaſteycus eſſe dicit̃. Eſt eni ęquiuocatio hic in hoc noĩe incõtinẽs: qꝛ põt eſſe propriũ nomen alicuius. Uel põt ſigñare hoĩes incõtinẽtes deditos voluptatibus. Ei ergo qui vocaret̃ incõtinẽs: dici poſſet nõ incõtinẽs eſſe debes: in hoc exemplo poſſet ſumi anaſteycũ ex metaphora. Nam incontinens ꝓprie dicit̃ qui neſcit ſe continere in voluptatibus: metaphorice vero formidoloſi: qui neſcit ſe cõtinere in periculis: incõtinẽtes dici pñt. Poſſet ḡ eſſe ſenſus incontinens metaphorice: vt formidoloſus. nõ dꝫ eẽ icõtinẽs ꝗ̃tũ ad voluptates: qꝛ nõ abſqꝫ ꝑiculo guſtat̃ ex cõcupiſcẽtia mulieꝝ. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Sed cõuenienter ſemꝑ his. Ut nõ vtiqꝫ fias magis ꝗ̃ te opꝫ extraneus: extraneus aũt non magis ꝗ̃ te opꝫ: idem: ⁊ non opꝫ extraneũ eẽ ſemper: eſſe alienum enim: ⁊ hoc idem.

¶ Oſtendit quotiẽs talis vocũ coincidentia fiat: eſt attendenda in ſermone aſteyco: qꝛ cõueniens videt̃ eẽ: ꝙ talis coĩcidentia ſemper bis fiat: vt ſi dicerẽ. Tu extraneus nõ fias extraneus magis ꝗ̃ te opꝫ: aut nõ magis ꝗ̃ te oportet debes eſſe extraneus: vel qđ idem eſt: non oꝫ extraneum extˣneũ ſemper eſſe. Et hoc etiaꝫ eſt ideꝫ: ſi diceret̃. Alienũ non opꝫ alienũ ſemper eſſe. Differunt aũt iſta exempla: ꝗ̃ quodãmodo ſunt idem: ideꝫ eni aliquo modo ſunt: quia quodlꝫ cõcludit: ꝙ extraneus dꝫ eſſe non plus extraneus ꝗ̃ deceat. Sꝫ quis põt excedere ĩ extraneitate tripliciter ꝑ̄mo intenſiue. ſcđo vno ⁊ eodẽ modo extraneitatis excedit pluſꝗ̃ debeat: ⁊ quantũ ad hoc põt referri primus modus: cũ dr̃. Et nõ vtiqꝫ fias magis ⁊c̃. Scđo põt quis excidere in extraneitateꝫ extenſiue: vt ſi ſit extraneus pl̃ibus modis ꝗ̃ oporteat: ⁊ quantũ ad hoc referri põt qđ ſubditur. Aut non magis ⁊c̃. Tertio hoc põt contingere quãtũ ad diuturnitatẽ tẽporis: vt ſiquis pluri tẽpore ſit extraneꝰ ꝗ̃ oporteat. Et quantũ ad hoc addit̃: ꝙ nõ opꝫ extraneuꝫ eſſe ſemꝑ. Qđ vero ſubiungitur de alieno: ideꝫ eſt cuꝫ pręmiſſis: ſꝫ differt in voce ſolũ. Hac aũt locutiõe aſteyca ſic vti debemus: vt ſi aliquis eẽt aduena: ⁊ peregrinus apud nos: qꝛ tales aliquando oſtendunt ſe magis extraneos ꝗ̃ opꝫ: dicere poſſemus. Tu extraneus nõ debes extraneus ſemper eſſe. Una alia littera habet: ꝙ nõ oportet aduenã ſemper eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et id Anaxãdriũ. Quia laudabile bonũ eni mori. Haud morte dignũ agere. Idem eni eſt hoc dicere: dignũ mori: nõ autẽ dignuꝫ mori: aut dignum mori: non morte dignũ auteꝫ: aut non facientem morte digna.

¶ Ponit exemplũ. Nam Anaxander dicebat: qđ eſt laudabile ⁊ bonũ mori: haud. i. non agere digna morte. Priꝰ eniꝫ homo debꝫ eligere mori ꝗ̃ peccare agere digna morte. Uel ꝙ ideꝫ eſt: homo nõ debet velle mori iuſte: ſꝫ iniuſte quodãmodo bonũ ⁊ dignũ morte: vt nõ facientẽ morte digna. Aut hęc locutio aſteyca ꝑꝑ oppoſitionẽ ex coincidentia vocũ. Nã cuꝫ dicitur: potius eligẽdũ eſt mori: nõ dignũ mori. i. mori iniuſte: ꝗ̃ mori dignuꝫ mori. i. mori iuſte. in voce quędã oppoſitio eſſe videt̃. ¶ Deĩde cũ dic̃.

¶ Species quidẽ igitur eadem elocutionis horum. Sed quãto vtiqꝫ minori ⁊ oppoſitionaliter dicantur: tanto magis complacent. Cauſa quia adiſcere: propter opinionẽ quidem magis: ꝓpterea autem citius fit.

¶ Oſtendit quę ſunt ꝑ̄ncipalr̃ attenda in ſermone aſteyco Et duo facit ſꝫm ꝙ duo documẽta ponit. Scđa ibi. (Opꝫ aũt ſemper adeſſe.) Cõtinuet̃ aũt ſic. Dictũ eſt: ꝙ fit locutio aſteyca ex ipſo ſignificato: ſed ipſa ſpecies locutiõis de numero horũ eloquioꝝ; quę fiunt ex coincidentia vocum eſt eadẽ. i. eſt aſteyca: ſicut illa: quę fit ex ſignificato. tñ in talibus hoc documẽtũ attendendũ: ꝙ quãto talia aſteya

minori.i.breuiori ęloquio:⁊ magis oppoſitionalr̄ dicunt̄: tāto magis placēt. Cauſa aūt huius eſt:qꝛ locutio ꝓpter opponi facit nos addiſcere:qꝛ oppoſitōalis locutio eſt magis determinatiua:vt ſuperius dicebatur:ſed ꝓpter ea ꝙ eſt pauca ⁊ breuis:facit nos adiſcere. Cuȝ ergo aſteyca locutio debeat eſſe cito doctrinatiua:congruū eſt ꝙ ſit breuis ⁊ oppoſitionalis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet ſemꝑ adeſſe:aut ad quem dicunt̄: aut recte dici:ſi qꝺ dicit̄ veruȝ:⁊ non ſupficiale. Eſt eni hoc ſeparatū habere. vt puta. Mo do oȝ nihil ſupra peccātē:ſȝ nō aſteyū. Dignitatē oȝ deſponſare dignū:ſed non aſteycum.

¶ Ponit ſcđm documentū:⁊ duo facit:qꝛ primo facit qꝺ dictū eſt. Scđo cōcludit:ꝙ q̄to locutio plura talia cōprębendit:tanto eſt magis aſteyca.ibi.(Quāto auteȝ vtiq̃.) Dicit ergo:ꝙ ęloquia aſteyca ſemper opȝ adeſſe.ideſt ſemper eſſe ꝓpinqua ad illū ſenſuȝ:ad quē dicunt̄:aut pro.i.oȝ recte dici:ſi qꝺ veꝝ dicit̄ per ęloquiū aſteycū:ita tamē rectitudo exiſtit:ſi pulchre non extranee fiat tranſumptio:⁊ aſſimilatio. Nec ſufficit:ꝙ aſſimilatio ſit ꝯueniēs:ſed requiritur:ꝙ ſit non ſuperficialis:nā aliquādo cōtingit ęloquiū aſteycū habere hoc ſeparatim.ideſt habere cōuenientiaȝ ſiue profunditatē:puta. Nihil peccantē ſupra nō opȝ. Tale enim ęloquiū lȝ ſit cōueniēter dictū:nō tamē eſt aſteycum:qꝛ eſt nimis ſuperficiale.⁊ nō ꝓfundū. Similr̄ ſi diceret̄. Dignū opȝ deſpōſare dignitatē.i.quilibȝ eſt dignus vt ſm̄ ſuā dignitatē pręmiet̄:hoc nō eſt aſteycū:qꝛ eſt ſuperficiale. Sed ſi ambo iſta copulant̄ dicendo nunquid eſt dignū mori non entem dignū mori:eſt locutio aſteyca. ¶ Notandū autē:ꝙ ſuperficiale ęloquiū pōt dici dupliciter. Primo ſi nō ſit reditiuū cauſę.vnde hoīes dicūt̄ ſuperficialr̄ loqui:quādo non dant cauſaȝ ſui dicti. Scđo hoc cōuenit ſi dictū ſit oratio patens:qꝛ qui ſunt in ſuperficie de facili vident̄. Sermo ergo ille concludēs ambas prędictas clauſulas.vȝ.nō eſt dignū mori nec entē dignū mori:pōt dici non ſuperficialis duplr̄;tū qꝛ eſt reddituus cauſę:tū quia eſt aliquo mō latitiuus ꝓpter oppoſitionalem locutionē ibi cōcurrentē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quādo autē vtiq̃:⁊ ſi ſimul ambo habeāt dignū mori non dignum entem mori. Quanto aūt vtiq̃ plura habeat:tāto magis aſteycū videtur.puta ſi ⁊ noīa metaphorica ſint ⁊ metaphora. ⁊ talis oppoſitio ⁊ coequatio habeant efficatiam.

¶ Oſtendit ꝙ quanto plura talia:q̄ faciunt ad decentiam ſermonis habeat locutio:tanto eſt magis:non videt̄ eniȝ ideſt nō eſt ſuꝑficialis.puta.ſi noīa ſint ibi metaphorica ⁊ talis:quę ſit placēs ⁊ cōueniēs:ſi ſit ibi locutionis oppoſitio:⁊ ſi ſit ibi coequatio:vt qꝺ membra ſermōis ſibi correſpondeāt:⁊ ſi habeat efficatiā:ꝙ ſi perſuaſiua:⁊ cōueniēter cauſę redditiua:cętera talia augmētant aſteycum ęloquiū:quia reddit ipſum magis diſciplinatiuum.

Sunt autē aſſimilationes:ſicut dictuȝ eſt:in his que ſuperius ſemꝑ complacentes modo quodaȝ metaphorę. Sēper eni ex duobus dicūtur:ſicut que ꝓportionalis metaphora:vt dicimus ſcutum eſt phiala martis:⁊ arcus cythara ſine cordis. Sic igitur quidem dicentibus nō ſimplr̄ dicere arcū cytharam:aut ſcutum phialam ſimpliciter.

¶ Poſtq̃ phs determinauit de mō illo metaphorico:q dicit̄ aſteycus:in parte iſta determinat de alijs modis metaphoricis:qui vt dicebāt̄ ſunt.vȝ.aſſimilatiuus:ꝓuerbialis:tranſumptiuus:ideo tria facit:qꝛ primo determinat de metaphora aſſimilatiua. Scđo de prouerbiali. Tertio de tranſumptiua. Scđa ibi.(Aſſimilationes autē.) Tertia ibi.(Sunt aūt ⁊ placidę.) Circa primū tria facit:quia primo oſtendit qūo ſit metaphora aſſimilatiua. Secūdo oſtendit qūo plr̄es aſſimilationes cōcurrere poſſunt in eodem ęloquio. Tertio oſtendit qūo tales metaphorę adaptabiles ſunt ad artē poeticā. Scđa ibi.(Aſſimilāt aūt.) Tertia ibi.(Eſt eniȝ aſſimilare.) Dicit ergo p̄mo:ꝙ ſicut dictū eſt ſuperius aſſimilationes ſunt metaphorę quodā modo ſemꝑ placētes:aſſimilatio enī placet. Ideo quia eſt metaphora ꝓportionalis ex aliquibus duobus:ſicut ſi diceremus:ꝙ ſcutum eſt phiala Martis:⁊ ꝙ arcus eſt cythara ſine cordis. Sic enī dicēdo non ſimplr̄ dicimus arcum eſſe cytharaȝ:ſed cytharā ſine cordis.i.ſine melodia. Habet enī ſe arcus:ſicut cythara non lyrata:qꝛ nō infert melodiaȝ:ſed planctū:⁊ ſcutū nō dicit̄ phiala ſimplr̄:ſȝ phiala Martis.ideſt belli:ſicut.n.potatores cū phiala ⁊ cypho potant:ſic bellatores cuȝ ſcuto dimicant. Talia autē placent:qꝛ naturale eſt itellectui nr̄o itelligere cū diſcurſu et cū quadā analogia:ideo rep̄ſentationes ⁊ analogię nobis naturaliter placent. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aſſimilant āt ⁊ ſic.puta ſimie fiſtilāti:aut lucerne ſtillanti in plagam:ambo eniȝ concludūtur. Ipſuȝ aūt bene eſt:qn̄ metaphora fuerit.

¶ Oſtendit qūo plures ſimilitudines in vnū concurrāt:qꝛ aliquādo vnū ⁊ eundē vnum aſſimilamus ſimię fiſtulanti:⁊ lucernę diſtillanti in plagā. Tyrāni eniȝ ſunt ſimia fiſtulans:qꝛ deceptorie applaudent:⁊ ſunt lucerna diſtillās in plagam:quia crudeliter crutiāt.vnde ſubdit̄:ꝙ ambo hęc cōcludunt̄:qꝛ vni cōuenire poſſunt. Addit aūt:ꝙ ipſum ęloquiū eſt bene ſupple aſſimilatuȝ:qn̄ metaphora fuerit ſupple cōueniens:⁊ bene ęnigmatiçata. ¶ Deinde cū dic.

¶ Eſt enim aſſimilare rapſodiam facienteȝ ſcutum:phialā martis:⁊ flabellū ꝺ primo rupto domus:⁊ dicere inchiratū philoctea eſſe morſum a Precio:ſicut aſſimilauit Thraſima videns Inchiratum victum a pretio.

¶ Docet adaptare talem metaphorā ad artem poeticam. Et duo facit:quia primo ponit qꝺ dictū eſt. Scđo oſtēdit qūo circa talia peccare cōtingit.ibi.(Romodiā autem.) Dicit ergo:ꝙ rapſodiā.i.illū modū poeticū:q dicit̄ rapſodia.i.tragędia eſt.i.ꝯtingit aſſimilare:qꝛ pōt vti metaphora aſſimilatiua faciēdo:vel dicēdo:ſcutū eē phialā Martis:⁊ dicēdo flabellū de p̄mo rupto domus.i.domū rupta. Et primū noīando flabelluȝ ⁊ tormētū hęc adaptari pn̄t ad tragędiā:qꝛ ſi poetice aliquid de bello reprębēdere vellemus:diceremus yronicę:qꝺ eēt phiala Martis. Uel ſi vellemus eū de latrocinio reprębēdere:diceremus ꝙ eēt ſicut flabellū rumpēs domos:⁊ faciens eas p̄mas. Sic ēt modo poetico per quandā aſſimilationē quidaȝ locutus eſt dicens. Hic Inchiratū philotea.i.illū hominē eē morſum a pręcio. Pręcius enī vicerat ichiratū:ꝓpter qꝺ per quādā metaphorā dici poterat ꝙ momordiſſet eū. Illaȝ aūt aſſimilationē fecit Thraſima:qui vidēs. Inchiratuȝ victū a prętio:dixit ꝙ p̄tius momordiſſet eū. ¶ Deī dī.

¶ Romodiaȝ autē dicentē ⁊ rudius adhuc. In quibus maxime excedūt poete:ſi non bene:⁊

ſi non bene complaceant. Dico autẽ cum aſſi-gnẽt: ſicut id. Sicut apij ſertũ plagatas tybias geris: ſicut Philamon ſubiugo pugnans cuꝫ Corico: ⁊ talia omnia aſſimilationes ſunt.

Oſtendit quõ circa talia contingit peccare dicens: ꝙ faciẽti romodiã .i. rapſodiã: vt ſonat alia littera: ſiue cõponentem poeſim adhuc ridius: vel rudius ꝯuenit aſſimilare: ⁊ hoc potiſſime in his: in quibus maxie excidũt ⁊ peccant poetę: ſi non bene aſſimilant: ⁊ ſi nõ placeãt in aſſimilando. Dico aũt cũ aſſignãt: ſicut illud. vtputa ſiquis hñti tybias ligatas ⁊ faſciatas: ⁊ criſpas: ⁊ rugoſas diceret. tybias geris plagatas: ſicut ſertũ apy. ideſt ſicut corona apy. Uel vt hꝫ alia lr̃a diceret̃ ei tybie tue ſũt criſpę ſic̃ apiũ: vl̃ etiã ſi diceretur alicui bene pugnãti: tu es ſicut Philamõ ideſt ſicut ille hõ pugãns ſubiugo cũ Corico .i. cũ illo alio hoie: oĩa eni talia ſunt aſſimilatiões nõ ꝯueniẽtes ſupple. Corpus enim plagatum inconueniẽter aſſimilatur apio.

Deinde cum dicit.

Aſſimilationes autẽ ꝙ ſint metaphore dictũ eſt ſepe: ⁊ prouerbia a ſpẽ metaphore ad ſpẽꝫ ſunt. puta ſiquis tanq̃ꝫ bonũ ſuadens ipſuꝫ nõ ducat: deide ledatur: vt Capatius ait leporeꝫ. ambo eni: vt dictũ eſt: paſſi ſunt. Unde quidẽ igit̃ aſteya dicunt̃: ⁊ ꝓpter qdẽ fere dicta ẽ cã.

Determinat de metaphora ꝓuerbiali dicens: ꝙ per ea quę dicta ſunt ſępe appꝫ: ꝙ aſſimilationes ſint metaphorę. ſicut etiã apparere opꝫ: ꝙ ꝓuerbia ſumpta ſint ſimil̃r a ſpecie metaphorę ad aliquã ſpẽm: ſiue ad aliquã aſſimilationẽ. Prouerbiũ enĩ dictũ ſup cõmune cõpendioſuꝫ: ⁊ ſententioſum: ꝙ per quandã metaphorã: ⁊ trãſumptionẽ ad aliquã ſpẽm particularẽ: ⁊ ad aliqđ ſimile particulare adaptari poteſt. Ut puta ſi quis perſuadet bonũ alicui ad effectuꝫ: nec faciat ſm cõſiliũ eius: ſi poſtea inde ledatur: poterit eũ appellare leporẽ. Forte ꝓuerbiũ erat in gręcia ꝙ homines nõ vtentes cõſilijs appellabant̃ lepores. Lepus enim cũ currit: vt dicit̃: modicũ: aut nihil videt: ſic homines non acquieſcentes cõſilijs ſe pręcipitãt: ⁊ cũ currũt ad ſua negocia exercenda: non bene vident quid eis faciẽduꝫ. Iſto modo Capatius quendã non acquieſcentẽ ſuis conſilijs ait eſſe leporeꝫ. Nam ambo paſſi fuerant: quod dictum eſt. ideſt leſionẽ. Lepus enim non videndo cum currit ſępe lęditur ⁊ capitur. Et homo non conſulendo nec deliberando quid agat lędit̃ non conſequẽdo intẽtũ. Addit aũt quaſi cõcludẽdo: ꝙ vnde dicunt̃ ęloquia aſteyca quodãmodo oẽs metaphorę cõcurrunt inquantũ quibꝫ modus metaphorę eſt quodãmodo diſciplinatiuus. ideo ponit metaphorã prouerbialẽ ⁊ aſſimilatiuaꝫ. Dixit phs dictam eſſe cãm ſermonis aſteyci: q2 ad ęloquiũ tale tã ꝓuerbiũ q̃ꝫ aſſimilatio pñt ꝯ currere. Deinde. c. d.

Sũt autẽ ⁊ placide traieciões metaphore. vt puta ad lumẽ Ipopio. putatũ fuit vtiqꝫ ipſuꝫ eẽ moroꝝ calathũ. Rubeũ eni quid Ipopiũ.

Determinat de tranſumptione: ⁊ tria facit: quia pmo facit quod dictũ eſt. Scđo oſtendit qualiter ſit loquẽdũ: cuꝫ tranſumptio eſt multuꝫ remota. Tertio manifeſtat quõ circa tales tranſumptiones contingit loqui oſtendendo aliquas tranſumptiones eſſe pueriles. Scđa ibi. (Sꝫ qđ multũ.) Tertia ibi. (Sunt aũt hyperbolę.) Dicit ergo: ꝙ placidę traiectiones .i. modeſtę tranſumptiones: vt habꝫ alia littera: metaphorę ſunt dicendę: vt puta: ad lumen Ipopio .i. illum hominẽꝫ putatũ fuiſſe eſſe calathũ mororum. Nã quia ille Ipopius erat quid rubicundũ: per quãdam trãſumptionẽ vocabat̃ calathus moroꝝ: mora eniꝫ ſunt fructus rubicundi. Deinde cum dicit.

Sed ꝙ multũ valde. hoc autẽ vt hoc: ⁊ hoc hyperbole locutione differẽs: ſicut Philamõ ſubiugo pugnãs cũ Corico. Putares ãt vtiqꝫ ipꝫ Philamõa eſſe pugnantẽ cũ Corico: ſicut ſerta apij: ſiue plagatas tybias gerere: putauerit aũt nõ tybias: ſed ſerta apij hr̃e ſic plagata.

Oſtendit qualiter agendũ ſit: cum tranſumptio eſt multum differens: q2 tunc ꝓpter nimiã diſtantiã non eſt dđꝫ hoc eſſe hoc. ſed hoc eſſe vt hoc: vl̃ quaſi hoc. ideo ait: ꝙ ſi hyperbole. ideſt tranſumptio ſit valde multum locutiõe differens: dicendũ eſt ꝙ hoc eſt vt hoc ⁊ hoc: q2 ſi diceremus: vt dixit ille: ꝙ Phylamõ erat pugnãs ſubiugo cum Corico. Putares autẽ vtiqꝫ ipſum Phylamona pugnãtẽ eſſe cũ Corico. De aliquo ergo dato ꝙ bene pugnet: nõ eſt dicendũ ꝙ ſit Phylamon pugnãs cum Corico. ſed eſt vt Phylamõ ſic pugnãs. Sic etiã: q2 quidã dicẽs de quodaꝫ alio: cũ deberet dicer̃. Crura ſũt apy: ſiue ꝙ haberet plagatas: ⁊ criſpas tybias admodũ apy: q2 hoc nõ dixit: ſed ſimpliciter protulit eũ hr̃e ſerta .i. coronas apy nõ putauerũt aliqui eũ habere ſerta: vel loqui de tybijs eius: ſed putauerunt eum habere ſerta apy ſic plagata. ideſt ſic ligata.

Sunt aũt hyperbole pueriles. nimietatẽ eni ſignificãt: ꝓꝑ qđ irati dicũt maxie. Neqꝫ ſi mihi tãtã dederis arenã quãtus eſt ĩ mari puluis puellã nõ traduco Agamenõis attride: neqꝫ ſi auree Ueneris pulchritudinẽ equaueris: operam Palladis. Utunt̃ aũt maxime hoc attriti rhetores: ꝓpterea ꝙ ſe indicere indecens.

Oſtendit ꝙ circa tranſumptiones opꝫ pręcauere: q2 aliq̃ hyperbolę: ⁊ aliquę trãſumptiones ſunt pueriles: q2 ſignificant nimietatẽ. vnde irati maxime vtunt̃ talibus tranſumptionibus: ſicut quidã iratus dixit. Ego nõ traducerẽ neqꝫ deſpõſarẽ puelã Agamenonis Attridę .i. filiã illi⁹ hominis. ſi dederis mihi tanta in auro ⁊ argento: quanta eſt arena: ⁊ quãtus eſt puluis in mari. Nec etiã eã deſpõſarẽ ſi equares pulchritudinẽ eius pulchritudini auree Ueneris. ideſt illius deę. Neqꝫ hoc facerẽ: ſi opera illius puellę eſſent opera Palladis. ideſt illius deę. Addit autẽ ꝙ rhetores quãdo ſunt attriti .i. qñ per attritionẽ ⁊ vexationem ſunt ad iram ducti: maxime vtunt̃ talibus trãſumptionibus. Et hoc ꝓpterea indecens eſt ſe indicere .i. ſe enunciare. ideſt appellare: quia cum ſe appellant: ſe victos aſſerũt. Magis eniꝫ volunt rhetores recurrere ad trãſumptiões pueriles: ⁊ defendere ſe cum puerilibus ęloquijs q̃ꝫ appellare ſe: ⁊ vocare ſe victos.

OPortet aũt nõ latere: ꝙ vnicuiqꝫ generi alia cõgruit elocutio. Non enim eadem ſcripturalis: ⁊ agoniſtica: neqꝫ concionalis ⁊ iudicialis. Ambo aũt neceſſe: hoc quidẽ enim elinizare. hoc autẽ non cogi conticere ſiquid velint tradere alijs. Qui quidem patiuntur: qui neſciunt ſcribere.

Poſtq̃ꝫ phs egit de illo genere orationũ: qđ dicitur ſcriptum: in parte iſta determinat de eo genere: qđ nominat̃ agoniſticũ. Et duo facit: quia primo diſtinguit agoniſticũ

a ſcripto.Scđo determinat de colorib⁹:ſiue de ipſis decē/
tys agoniſtici.ideſt oſtendit:quę reddunt orationē agoni/
ſticam decentē ⁊ coloratam.Scđa ibi.(Neceſſe autē trā
ſmutare.)Oratio aūt agoniſtica ⁊ ſcripturalis quadrupli
citer poteſt conſiderari.Primo ſm ſe.Scđo prout cōpa/
ratur ad negocia politica.Tertio ꝑut cōparatur ad vſuꝫ
⁊ exercitiū.Quarto ꝑut refert̄ ad ornatus ⁊ decētias. Jō
circa p̄mū facit quattuor ſm ꝙ quadrupliciter diſtinguit
illa genera orationū ad ſeinuicē. Primo eni oſtendit ago
niſticū differre a ſcripturali quātū ad negocia politica:qꝛ
ad aliud negociū eſt adaptabile vnū:⁊ ad aliđ eſt adapta
bile aliud.Scđo oſtendit ea differre ſm ſe.Tertio quan/
tū ad vſum ⁊ exercitiū:qꝛ aliqui ſunt exercitati in ſcriptu
rali:qui ſunt ydiotę in agoniſtico.Quarto quātū ad orna/
tus:⁊ decentias:qꝛ aliqua reddunt ornatā ⁊ decentē locu/
tionē agoniſticā:quę ſcripturalē reddūt abuſiuā.Secūda
ibi.(Eſt aūt ęlocutio.)Tertia ibi.(Et ꝯparati.)Quarta
ibi.(Et ſępe idem.)Dicit ergo p̄mo:ꝙ non opꝫ latere:ꝙ
vnicuiqꝫ generi.i.vnicuiqꝫ negocio politico:vel vnicuiqꝫ
generi negocioꝝ politicoruꝫ congruit alia ⁊ alia locutio.
Nō.n.eſt eadē locutio ſcripturalis ⁊ agōiſtica:nec eſt idē
negociū politicū ⁊ concionale:⁊ iudiciale:⁊ qꝛ agoniſticū
magis eſt adaptabile concionali:vbi magis fit inquiſitio
ſm apparētiā:⁊ ſcriptū eſt magis adaptabile iudiciali : qꝛ
ibi tractant̄ magis negocia ſꝫ veritatē.Differūt ergo ſcri
ptum ⁊ agoniſticū vt comparant̄ ad negocia politica. Et
quia ſi vtrūqꝫ adaptari poteſt cuilibꝫ negocio politico:tñ
vnū eſt magis adaptabile aly.Addit aūt:ꝙ opꝫ ſcire am
bo tā agoniſticū q̄ ſcriptū:vel tā concionale q̄ iudiciale.
Jdeꝫ ſubdit:ꝙ hoc.ideſt iudiciale eſt ſcire bene eliniçare
ideſt ſcire bene applaudere:⁊ perſuadere:vel vt habꝫ alia
littera.i.ſcire decentē probationē adducere.Hoc aūt.ſ.cō/
cionale eſt non cogi ꝯticere.i.conticeſcere ⁊ obmuteſcere.
Et ſi aliqđ velit alys tradere:qđ quidē qui neſciunt ſcribe
re patiuntur a ſcientibus ſcribere.Nā qui neſciunt ſcribe
re:qui ignorant orthographias obmuteſcunt coram ſcien
tibus illas. ❡Deinde cum dicit.

❡Eſt autē elocutio ſcripturalis quideꝫ:q̄ dili
gētiſſima ē agōiſtica:aut q̄ maxie hypocritica.

❡Dat differentiā inter agoniſticū ⁊ ſcriptum prout conſi/
derant̄ ſm ſe.Et duo facit:qꝛ primo facit qđ dictū eſt.Se
cundo diuidit agoniſticum.Scđa ibi.(Huius aūt duę.)
Dicit ergo:ꝙ ſcripturalis ęlocutio differt ab agōiſtica : qꝛ
eſt diligentiſſima:cōſiderat enim ſic. Naꝫ hęc potiſſime
conſiderat apparentiā:⁊ hypocreſim.eſt eniꝫ maxima hy
pocrita:vel hypocritica. ❡Deinde cum dicit.

❡Huius aūt due ſpēs:hec quidē eni moralis.
hec aūt paſſionis illatiua:ꝑpter qđ ⁊ hypocri
te talia operū perſequuntur:⁊ poete tales ad/
ducunt̄. Aut luctiui velut Charemō:diligens
eniꝫ ſicut Legograteſ ⁊ Lichimus de nume
